







SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

DE

# ARISTOPHANIS CODICIBUS CAPITA DUO.

---

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ACADEMIA FRIDE-
RICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI
CONSOCIATA AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES RITE IMPETRANDOS

**DIE XVIII. MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCCLXXVI HORA XII.**

IN AUDITORIO MAXIMO UNA CUM SENTENTIIS CONTRO-
VERSIS PUBLICE DEFENDET AUCTOR


**RUDOLPHUS SCHNEE**
MARCHICUS


---

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

**O. KRAUSE,** DR. PHIL.
**O. PRAUSE,** DR. PHIL.
**O. LOTTICH,** STUD. PHIL.

---


**HALIS SAXONUM MDCCCLXXVI.**
FORMIS PLOETZIANIS.

Tum solum in scriptoribus, cum fructu opera critica conlocabitur, si de codicibus, in quibus illi leguntur, recte iudicium fit quamnam auctoritatem mereantur. Quem ad finem de universis, si fieri potest, unius cuiusque scriptoris codicibus quaestione opus est.

Qualem cum alibi tum in Aristophanis fabulis nondum institutam esse video.[1])

Sed huius poetae textui ne id quidem profuit, quod illorum praeter Ravennatem et Venetum librorum, qui uno nomine „deteriores" a viris doctis appellari solent, fere nulla habita est ratio. Nam ii quoque, si satis usus cautionibus restrictus est, non parvi pretii sunt. Praeterea multo mea quidem opinione rectius est de singulis fabulis singillatim quaeri et speciatim decerni quam generaliter una de omnibus. Quid enim? Nonne cogitari potest aliam in aliis comoediis inter singulos manuscriptos intercedere cognationis rationem? Quam ob causam equidem constitui hanc rem gravissimam ita in disceptationem quaestionemque vocare, ut a duabus fabulis. Equitibus et Nubibus, separatim tractandis initium hoc loco capiam. Equites autem ideo elegi, quia Velseniana editio locupletissimum nobisque utilissimum apparatum praebet criticum; Nubes contra, quod codices Venetum, Ambrosianum, duos Laurentianos, nondum satis accurate conlatos, ipsi mihi anno praeterito excutere licuit.

---

[1]) Non nisi Ravennatis et Veneti inter se propinquitatem ante undecim annos Bambergus (de Ravennate et Veneto Aristophanis codicibus, Bonnae 1865) eleganter et subtiliter tractavit. Tamen ea quae de Veneti variis fontibus disputavit, ut pote artificiosa atque contorta parum veri similia sunt.

# I.

Bipartitam meam de Equitibus disputationem volo esse, de codicum inter se affinitate et de eorum dignitate ac fide.

Et primum quidem operam dabimus, ut inter[1]) *R* et *V* quaenam ratio et conjunctio animadverti possit, investigetur. Ponamus igitur, id quod re non disquisita pernegari nondum potest, libros quodammodo inter se cognatos esse, hoc nisi duabus rationibus animo cogitari nequit; Venetus, ut pote qui saeculo inferior Ravennate sit, aut ex hoc ipso descriptus est, aut ex ejus archetypo. Illud autem tum credi debet, si talis Veneti est traditio, ut Ravennatis peccata in eo sint expressa, neque quidquam ex eo fructus percipiatur.

Quod hac quidem in fabula prorsus abnuamus oportet, cum permulta illa et gravissima *R* codicis vitia (v. 15. 32. 96. 130. 132. 140. 201. 202. 215. 231. 261. 270. 276. 344. 356. 374. 411. 414. 417. 428. 433. 458. 459. 507. 532. 605. 630. 642. 677. 689. 728. 736. 756. 761. 772. 787. 792. 797. 801. 810. 820. 831. 834. 859. 869. 873. 1009. 1021. 1023. 1043. 1059. 1064. 1092. 1154. 1174. 1158. 1353. 1373.) omnino a Veneti librario vitata sint, saepius etiam in *V* solo (ut 167. 646. 768. 1368), genuina Aristophanis manus agnoscenda sit. Et eo confidentius talem conclusionem facere nobis licet, quia contaminatum librum *V* esse nil suspicionis subest. Sed ne ex Ravennatis archetypo quidem eum derivatum esse concedemus. Non enim probabiliter illa quae in *R* exstant errata omnia uni *R* codicis librario adtribuemus. Accedit autem maximum, quod saepius *R* solius tales lectiones, quales ex scribentis coniectura ortae esse nequeunt, jam antiquissimae esse aliunde confirmantur. Necessarium vero videtur esse quaecunque huc pertinent, nunc adferri: versu 61. quod in *R* tantum legitur, *ὁ δὲ γέρων*, Suidas testatur; eiusdem testimonio nititur, quod v. 182 in *R* habetur: *ἰσχύειν* (quamquam casui si quis id tribuet, non intercedam); eodem modo v. 186 *R* cum Suida

[1]) Codicum signis, ut ipso in limine dissertationis id moneam, brevitatis causa eisdem utar, quae in Velsenii editione posita sunt. —

consentit in σοφῶς et v. 357 in ἐπιπιὼν, v. 388, quod solus *R* praebet ἔλαττον (ceteri ὀλίγον); idem iam scholiasta antiquitus vulgatum fuisse affirmat. Neque aliter v. 761 προσιχέσθαι σοι, πρότερον apud Suidam quoque invenitur. Eadem autoritate fulcitur, quod v. 856 in *R* habetur. κατασπάσαντες v. 1256 ἔσομαι (ceteri γένωμαι) et *R* et Suidas obferunt; v. 1277 αὐτὸς ab eodem firmatur; v. 1278 denique ὤν (pro ἦν) *R* et Suidas tradunt. Cum autem horum, quae quin in *R* libri archetypo iam exstiterint, dubitari nequit, prorsus nil in *V* reperiatur, colligendum, opinor, inde necessario erit, eum qui *V* exaraverit, in Equitibus quidem exemplar aliquod Ravennatis archetypo satis dissimile usurpasse; nisi forte tu ob unam inter *R* et *V* similitudinem sententiam meam redarguendam esse putas. Exhibetur enim, metro pessundato versus 346 et in *R* et in *V* hunc in modum:

ἀλλ' οἶσθ' ὅπερ πεπονθέναι μοι δοκεῖς; ὅπερ τὸ πλῆθος;

in ceteris libris autem salvo metro:

ἀλλ' οἶσθ' ὅμοι πεπονθέναι δοκεῖς; ὅπερ τὸ πλῆθος;

Sed hinc quis est qui argumenti quidquam petat? Patet enim, opinor, eam in ceteris codicibus scripturam, qua metrum redintegratur, ita ortam esse, ut lector aliquis attentus, versiculi numeris consulturus, illud ὅπερ πεπονθέναι μοι δοκεῖς, mutaret. Atque id quidem nostrae aetatis editores intellexerunt, qui neglecto isto antiquissimi conrectoris commento improbabili verisimilius multo (non enim raro ad imperativos velut ad εἰπὲ contra metrum μοι adiungitur) μοι pronomen deleverunt. En tu habes unicum siquidem Velsenium sequimur idque tenue alicuius in *R* et *V* cognationis vestigium; complura exstant auctore Dindorfio. Et hic quidem, ut magna Velsenii in apparatum criticum merita declarem atque parvam istam collationum Dindorfianarum fidem ostendam, aliquot exempla in transcursu collecta, ex quibus coniectura non nimis incerta de ceteris fabulis fieri potest, in medium proferam: v. 8 Dindorfus: „νῦνδη *R V*;“ contra Velsenius testatur δὴ solus *R*. — v. 120 Dindorfus: „δός μοι praebent *ΓV*;“ immo *Γ*: δός μοι δός et *V*: δός συ μοι δός. — v. 275 Dind: „πρῶτα *R V* vulgo πρῶτον;“ immo πρῶτα *R* solus. — v. 338 Dind.: „μὰ Δία *RΓΔΘ*, le-

gebatur *οὐ μὰ Δία;*" Velsenius docet *RVΓΔΑΡ μὰ Δία* habere. — v. 683 Dind.: „*τοῦ* | *δὴ V;*" at etiam *ΑΓΘΔΜ δὴ* praebent. — v. 728 Dind.: „*ἀπὸ* ׀ *ἐκ V;*" contrarium a Velsenio memoratur: *ἐκ R* (et *M*), *ἀπὸ V* et reliqui tenent. — v. 786 Dind.: „*δοκῶ VΔ;*" immo solus *V*. — v. 787 Dind.: „*γέ τοι* om *V;*" contra Velsenio auctore solum *τοι* omittitur. — v. 832 Dind.: „*τον τῶν R;*" | immo *τῶν* habent *RVΘΑΡΜ*. — v. 849 Dind.: „*αὐτοῖς τοῖς* | *ἀυτοῖς* | *V.Δ* omisso *τοῖς;*" ex edit. Vels. discimus articulum in *VΑΡΓΘΔ* non traditum esse. — v. 881 Dind.: „*τηλικουτονὶ R V;*" | at etiam *ΘΑΓΔΜΡ*. — v. 955 Dind.: „*τοῦτ' ἔνεστιν R V* ¦ legebatur *τοῦτο γ'ἐστιν;*" Velsenius vero dicit *V* non *τοῦτ' ἔνεστιν*, sed *τοῦτο γ'ἐστιν* habere. — v. 971 Dind.: „*σὺ νῦν ΑRΓΔΟ;*" Velsenio teste etiam *VM*. — v. 1028 *V*, non ut Dindorfius scribit, cum *R νῦν*, sed cum ceteris *δὴ* scriptum habet. — v. 1062 Dind.: „*οὗτος R V*, ceteri *αὐτός;*" Velsenii ex testimonio *V* cum ceteris in *αὐτός* consentit. — v. 1098 apud Dindorfium legitur, quod debet fallere legentem: „*νῦν RΓΔ*, vulgo *μὴν;*" *νῦν* secundum Velsenianum apparatum *RVΑΓΔΘΡ*. — v. 1238 Dind.: „*εἶεν* om. *R. Θ;*" at etiam *ΜΑΓΔΡ* omittunt. — v. 1353 Dind : „*ἂν* om. *V;*" contra Velsenius „*ἂν* om. *R*. — v. 1369 *ὁπλίτης* recte in *V* exstare Velsenius memorat.

Constat igitur, ut eo revertar, unde digressus aliquantulum sum, argumentis, si quid video, invictis Equitum textum, qualis in *V* traditur, neque ex *R* ipso neque ex eius archetypo manasse.

Transeamus nunc ad libros reliquos percensendos *ΜΑΓΘΔΡ*. Ac primum de *ΑΔΓΘ* dicam, quos ut chartae parcam unius literae x nota signabo; tum de *P*, denique de *M*.

Haud incertum de codicibus *X* iudicium faciemus. Nam artissimo affinitatis inter se vinculo hos coniunctos esse permulta et luculenta haec exempla evincunt: v. 24. cod *X* om. *πρῶτον* [1]) [v. 35. *ἐτεράπῃ*] v. 77. om. *δὲ* [v. 115. *ῥέγκεται*

[1]) Monendum hic erit, ne quis mala fide me egisse criminetur, earum tantum ex *X* lectionum mentionem me facturum esse, quae a prima manu pictae sunt cum id quod altera vel tertia manus mutavit ad nostram quidem quaestionem nullius momenti est.

καὶ πέρδεται | v. 134. add ἂν | v. 140. add. ἀνὴρ, δευρὶ | v. 201. om. | v. 267. ἔμελλον | v 304. καὶ κράκτα | v. 346. ὅμοι | v. 467. om. | v. 505. add. καὶ | v. 536. λιπαρὸν θεᾶσθαι inverso ordine | v. 534. om. αὖον v. 538. μικρᾶς | v. 611. γεννικώτατε | v. 683. δὴ | v. 690 ἐπίστασαι εὔνους inverso ordine | v. 725. δεῦρ' ὦ δῆμ' | v. 735. om. τε | v. 799. θρεψ' ἐγὼ | v. 886. ἔλθοι | v. 884. οὐδέποτε | v. 983. ᾔστην ἐν τῇ πόλει δύο σκεύη χρησίμω mirabili verborum collocatione | v. 1004. om. τοῦ | v. 1089. φυλασσε v. 1004 γενόμενος | v. 1056. καταθείη | v. 1157. καὶ πάλαι πάλαι | v. 1322. νῦν om. |

Cum autem inter hanc vitiorum molem multa reperiantur tam singularia, ut prorsus incredibile sit, quattuor librarios seorsum in eosdem errores delapsos esse, consequens inde est necessario, aut *ΓΘΔ* libros ex *A* (Parisino), quippe qui reliquis tribus sit antiquior (saec. XIII.), haustos esse aut ex uno omnes eodemque archetypo. Sed illos ex *A* ductos esse quominus credamus impedimur, quandoquidem satis multa *A* codicis propria peccata exstant velut v. 681. om. ὥστέ [v. 708 om. ἐξ | v. 894. καλὸν | v. 945. πολίταις (pro πολλοῖς) | v. 1015. θεῶν (pro ὁδὸν) | v. 1121. γνώμαις (pro κόμαις) | v. 1383 παραδραμόντ' | etc. Patet igitur *X* codices ad communem aliquem fontem referendos esse. Nunc iam qualis hic fons fuerit, quantum potero, indagaturus sum.

Atque Ravennatis parum illum similem fuisse statim perspicuum erit apparatum criticum inspicienti. Uno tamen, quod sciam, loco cum *R* libri *X* congruunt, versu 1304, ub contra metrum πονηρὸν habent. Sed hic consensus ita est comparatus, ut unus quisque, qui eius originem cogitatione comprehenderit, eum nullius esse momenti concessurus sit. Scriptum enim iam erat in omnium nostrorum codicum archetypo μοχθηρὸν (supra scr. πονηρὸν); postea ei qui *R* et *X* exararunt, quoniam μοχθηρὸν, quod *V* tenuit, minus fortasse eis usitatum et tritum erat, πονηρὸν solum transtulerunt. Ravennatis sic cum *X* codicum archetypo necess tudine explosa aequum est, etiam in Venetum inquiri. Et hic prospere res procedit Etiamsii enim per transennam quasi praetereuntes scripturae discre-

pantiam aspexerimus, tamen certa inter *V* et *X* propinquitas enitescit. Quod ut illustretur, non supervacaneum erit, exempla quae huc pertinent, adscribi: v. 61. εἶθ' ὁ γέρων (*R.* ὁ δὲ γέρων) | v. 70. ὀκνοπλάσιον | v. 212. εἰμ' ἐπιτροπεύειν | v. 275. πρῶτον | versum qui est 339 ex ed. Vels. post versum 336 habent | v. 377. εἶτ' ἔνδοθεν | v. 508. ἔπη λέξοντας ἐς τὸ v. 646. τῶν δὲ . . . διεγαλήνισεν | v. 741. εἰπέ νυν | v. 744. ἵν' ἐκεῖνον | v. 768. διατμηθείην | v. 856. καθαρπάσαντες | v. 901. ἦν γε καὶ τοῦτο | v. 896. ἔσπευδε | v. 1042. ἔφρασεν | v. 1058. φράζεν | v. 1062. αὐτὸς | v. 1110. ἤδη | (*R* εἴσω) | v. 1239. ἐναντίον. v. 1256. γένωμαί σοι | v. 1332 κάτειπε πρὸ τοῦ.

Sed etiam distinctius, si fieri potest, illa Veneti cum archetypo codicum *X* consensio exponenda est. Duo enim per se cogitari possunt, aut Venetum ipsum ab eo qui istud archetypon composuit, adhibitum esse, aut eum librum, unde *V* profectus est. Illud prius autem abnegandum nobis videtur esse, contemplantibus, codices *X* nonnullis Veneti erratis carere. Sunt autem haec: v. 35. ἑτέραπη | v. 267. ἔμελλον | v. 820. non μή, ut in *V*, excidit v. 896. non cum *V* transponunt: οὗτος ἔσπευδ' αὐτοῦ ἄξιον. — Contendemus igitur illud archetypon, quod Veneto vel Ravennate fortasse aliqnanto fuit antiquius, cum correctiones et interpolationes hoc passum esse, non nimis probabile sit, a V e n e t i a r c h e t y p o vel a codice aliquo ex hoc descripto prodiisse.

Deinde de codice *P* agamus. Is qui cum Ravennate nil prorsus commune habet, si ab orthographicis quisquiliis discesseris, quantopere cum *V* X cohaereat, scripturas discrepantes quamvis leviter intuenti, tam manifestum clarumque erit, ut in rem nostram non foret universam exemplorum molem hic exaggerare (cf. v. 61. 70. 190. 212. 274. 377. 646. 741). Et si autem *P* in universum cum *V X* congruens sit, tamen *X* codicum satis eum dissimilem esse facile nobis persuadebimus. Etenim vitia ista, quibus *X* libri sunt maculati, a *P* omnino aliena sunt: cf. 24. 115. 201. 330. 467. 536. 611. 690. 725. 732. 983. 1004. 1039. 1044. 1056. ita ut neque ex *X* neque ex eorum archetypo *P* originem traxisse putari possit. Deinde quominus ex Veneto ipso *P* derivatum esse cen-

seamus obstat, quod non pauca Veneti errata ab eo, qui *P* librum conscripsit, devitata sunt: v. 821. in *P* non excidit *μὴ* | v. 896. iustus verborum ordo in *P* tenetur | v. 1012. *P* non *δὲ δὴ περὶ* tradit ; non v. 1177. *τοῦτὶ τὸ* | v. 1178. *P* non *γε* omisit | v. 1181. *ἐκέλευσε* in *P* non inest | v. 1182. non *ἐλαύνοιμεν* | v. 1326. non *γε* addit neque v. 1363. *ἐκ* praetermisit.

Restat ergo ut putemus *P* codicis originem ex libro aliquo repetendum esse, qui Veneti archetypo fuerit consimilis. — Denique de Ambrosiano (*M*) disseremus atque eius stirpem principiumque, quantum licet, eruere studebimus. Velsenius quidem, qui primus nostra aetate illum accuratissime excussit, gravissimi hunc librum in constituendis poetae verbis momenti esse praedicat (cf. praef. pag. 8.). Et mihi quoque olim non esse vana huius manuscripti gloria videbatur, ita ut etiam antiquissimam ei originem vindicare non dubitarem. Profectus enim eram a versu 673. ubi *M* scriptum praebet *ἐρρέτω* (supra: *γρ. ἑρπέτω*). Cum igitur *ἐρρέτω*, quod iam scholiasta in aliquot exemplaribus legi testatur, apud Suidam nostrum versum laudantem reperiatur, cumque insuper nonnullis locis cum Suida *M* codex concordet, in mentem mihi venit coniectura Ambrosianum fortasse ex illo libro haustum esse, quo ipse Suidas usus esset. Accuratius tamen Ambrosiani examinati et cum ceteris libris comparati prorsus inanem et caducam autoritatem fidemque esse perspexi. Potestne enim re vera aliquid ex singulari ista lectione *ἐρρέτω* effici? Immo, solo casu orta est. Scriptum enim erat, quod nunc liber *Γ* praebet in archetypo *ἑρπέτω* (supra: *γρ. ἐῤῥέτω*), unde utroque vocabulo transmutato Ambrosiani discrepantia prodiit. Quid? Nonne eadem ratione versu 902. erratum est ubi *Θ* *πονηρὲ* (supra: *γρ. πανοῦργε*) exhibet, *Γ*, qui ab eodem patre natus est *πανοῦργε* (supra: *γρ. πονηρὲ*)? Sed nunc qui Ambrosianum defensurus est, ad eos locos provocabit, quibus hic solus pristinam poetae manum reservavit.

Quales autem hi sunt? versu 535 *M* unus *χρῆν* pro *χρη* retinuit. Nemo, opinor, huic quidem lectioni quidquam at-

tribuet. At versu 542 pro *πρῶτον*, quo metrum violatur, *πρῶτα* recte substituit: Quid? Num hoc exemplo quidquam demonstratur? *πρῶτα* aut solo casu positum est, ut versu 339 falso *πρῶτον* pro *πρῶτα* ab eodem scriba, aut certo emendandi consilio conrectum est. Utrum verius sit, non dirimo. Admoneri autem liceat, etiam aliis Ambrosiani locis interpolationis suspicionem moveri; velut versus 64 mancus eo factus, quod *ἡμεῖς* versui antecedenti errore adiectum erat, commovit, ut videtur, Ambrosiani librarium rei metricae non imperitum, *ὁ* articulum ut adderet ante *Παφλαγών*. Eadem ex causa idem versu 424 *τὰ κοχώνα* in *τὸν κογώνα* videtur mutasse, et versu 453 post *ἀνδρικώτατα* particulum *καὶ* expunxisse. Neque aliter versu 876, quem omnes praeter *M* libri hiantem tenent, ab eo, qui *M* exaravit, post *ταῦτα* particulum *δῆτα* metri reconcinnandi causa additam esse existimo. Quoniam igitur duos istos locos, qui solo in *M* sani exstant, nihil ad maiorem eius auctoritatem firmandam valere docuimus, nunc iam de ipso eius fonte, quid sciri possit, enucleemus.

Huius libri traditionem si cum ceteris codicibus contulerimus, apparebit, opinor, facile, ad eum perficiendum non unum sed duos invicem in usu fuisse libros. Quod ut ostendam, exempla, quae ad dupiclem mihi videntur spectare recensionem, in unum congeram. Ravennatem quidem his in locis *M* sequitur: versu 61 *ὁ δὲ...γέρων* | v. 212 *εἰμ' ἐγὼ* et *λέξοντας ἔπη* | v. 514 *ἐκέλευε* | v 604 *οἱ νεωτατοι* | v. 616. *ὀλολύξαι* | v. 621 *ὥστ'* | v. 646 *οἱ δὲ διεγαλήνισέν* | v. 654 *κἀμοι* | v. 727 eandem versus collocationem tradit | v. 728 *ἐκ τῆς θύρας*] v. 741 *εἰπέ μοι νυν* | v. 849 add. *τοῖς* | v. 869 *κάττυ μα τούτῳ* | v. 893 *ἵνας* | v. 896 *ἔσπευσε* | v. 955 *τοῦτ' ἔνεστι* | v. 970 *ἰὼν* | v. 1027 *λέγε νυν* | v. 1062 *οὗτος* | v. 1110 *εἴσω* | v. 1171 om *γε* | v. 1256 *ἔσομαι*.

Cum codicibus *V* et *X* hisce in versibus conspirat: v. 7 *νῦν* (*R δὴ*) | v. 31 *ποι* | v. 142 *ἐξολῶν* | v. 357 *ἐκπῖών* | v. 365 *ἐξελῶ* | v. 187 *οἷον* | v. 190 *σε μόνον ἔβλαψεν* | v. 272 *πρός σκέλος* | v. 339 etiam *M* hunc versum non suoloco habet | v. 344 om. *σὺ* | v. 377. *εἶτ* v. 412 non cum *R* omittit | v. 464 om. *γε* | v. 477 *ἐπὶ* | v. 482 *γνώμην* (*R ψυχὴν*) | v. 486 *ἐμπεσὼν* | v. 564 *οὖν*

om. | v. 676 υποδραμων | v. 761 προς κεῖσθαι | v. 787 om. τοι | v. 901 ἦν γε καὶ | v. 911 ἐμοῦ μὲν οὖν om. | v. 1084 φράζει | v. 1118 πρόσ τε τὸν λέγοντ' | v. 1239 ἐναντίον | v. 1282 οὐ γὰρ usque ad παμπόνηρος om. | v. 1319 νήσοις ἐπίκουρε καὶ πέγγος Ἀθήναις | v. 1339 κάτειπέ μοι πρὸ τοῦ | v. 1373 οὐδεὶς ἐν τ' ἀγορᾷ.

Per se ea quae modo ante oculos posui exempla et ad Venetum et ad *X* codices referri possunt. Veri tamen indicium certissimum eis locis ostenditur, quibus Ambrosianus cum *X* consentit: versu 24 om. πρῶτον | v. 534 om. αὖον | v. 683 δὴ | v. 806 ἔλθοι (pro ἐλθὼν). | Efficitur igitur hac quaestione contaminatam esse recensionem Ambrosiani ex Ravennate et ex codicum *X* archetypo. Illustratur autem huius librarii confundendi ratio quattuor exemplis, in quibus ipsis duplex scriptura expressa est: v. 79 legitur in *M* ὁ δὲ νοῦς δ' (δ' posterius

θαρ ... ὄντα

ex *R* additum est) | v. 856 κατασπάσαντες (*R*) | v. 873 ἄνδρα

οὗτος

(*R*) | v. 1277 αὐτὸς (*R*). Augetur autem nostra suspicio, cum aliquot in versibus, ut supra significavi (v. 64. 424, 453, 876) etiam interpolationis vestigia accedant.

Satis de codicum origine ac stirpe disputatum est; addatur autem ad extremum stemma aliquod, ut uno oculorum contutu variae cognationis rationes perspiciantur.

α (fort. saec. III)

β

V

P

archet. γ cod. χ

Δ

R

A

M

Γ

Θ

Quibus ad viam nostram muniendam praemissis nunc, ut quaestio quae est de singulorum codicum pretio vel auctoritate, ex parte quidem, si deis placet, ad liquidum perducatur, omni opera adnitamur. De Ambrosiano primum, quae dicenda sunt, in pauca conferri possunt. Omni enim dubitationi est exemptum, siquidem ea, quae supra de eo disserui, recte se habent, quin ne minimi quidem is momenti et ponderis sit ad Equitum textum in integrum restituendum. Paullo diversa de *X* libris sententia utimur, in quibus, ut nunc ex superiore disputatione fructum capiam, veriores subinde quam in ceteris scripturas inesse posse pernegari nullo modo debet. Quamquam singulorum codicum lectiones prorsus patet vanas atque inutiles esse. Contra liber *P*, prout non loco obscuro natus, etsi contemnendus non est, tamen re vera ab eo rarissime auxilium petendum erit, quuadoquidem alii ex eodem archetypo derivati eique multo antiquiores praeter eum codices servati sunt. In universum autem pro certo affirmari potest duplicem in Equitibus traditionem exstare, alteram Ravennatis, alteram perditi istius codicis *β*, cuius scripturas praecipue eas habebimus, quae et in *V* et in *X* et in *P* insunt. Quibus expositis sequitur, ut has duas recensiones diligentius examinantes carum pretium fidemque perpendamus.

Ut inter duos exercitus, qui cominus proelium commiserunt, is victoriam reportasse putandus est, qui priorem aciei formam et speciem cum nulla vel perparva suorum militum actura servavit, sic in h ac quoque codicum *R* et *β* certatione is victor discedet qui plerumque poetae manum retinuit et nullam vel perlevem cladem librariorum incuria accepit, Quem ad finem Ravennatem primum ita in disceptationem vocemus, ut eos locos, qui in hoc solo sani exhibentur, oculis nostris subiciamus: v. 196 *σοφῶς* | (cet. *σαφῶς*) | v. 354 *ἀκράτου* (cet. *ἄκρατον*) | v. 377 *εἶτα δ'* | v. 412 *παιδίου* (cet. *παιδίων*) | *γομφούμεν' αὐτά* v. 564 *παρεστὸς* (*παρεστὼς* cet.) | v. 569 *οὐ γαρ οὐδεὶς πώποτ'* | v. 776 *χαριοίμην* (cet. *χαριζοίμην*) | v. 787 *τοι* | v. 901 om. *καὶ* | v. 970 *ἐάν* | v. 1087 *φράζει* | v. 1256 *ἔσομαι* | v. 1319 *ὦ ταῖς ἱεραῖς φέγγος Ἀθήναις καί ταῖς νήσοις ἐπίκουρε.*

His igitur tredecim locis, qui in codice β iam corruptelam aliquam passi sunt Ravennati emendatio haud dubia debetur; contra autem in comparationem veniant necesse est ei versus, qui in Ravennate depravati in libro β sani servati sunt. Sed ut uno conspectu facilius tota vitiorum vis perlustretur, tria in genera ea dividamus, in omissiones, in verborum transpositiones, in singulorum vocabulorum corruptelas.

I. V. 5. om. ἀλλ' | v. 140 ἔτι | v. 201 μᾶλλον | v. 202 με | v. 215 om. totum versum | v. 251 καὶ | v. 261 ὄντα | v. 270 ἡμᾶς | v. 276 τῇ βοῇ | v. 365 γε | v. 414 totum versum | v. 417 καὶ | v. 458 σωτὴρ | v. 507 ἀρχαίων κωμοδιδάσκαλος ἡμᾶς | v. 642 ὦ | v. 689 ἔχων v. 761 σὺ | v. 792 ὅς | v. 833 σὲ | v. 859 με | v. 1064 σε | v. 1092 ἐγὼ καὶ | v. 1154 γε | v. 1158 οὖν | v. 1171 γε | v 1355 ἂν.

II. v. 231 οὐδεὶς αὐτὸν | v. 677 τέτα | v. 787 σ' ἀληθῶς αὐτοῦργον | v. 792 ὁρῶν οἰκοῦντα τοῦτον ἐν | v. 797 πάντων ἄρξῃ | v. 869 κάττυμα τούτῳ | v. 1373 ἐν τ' ἀγορᾷ οὐδείς. —

III[1]). v. 5 πληγαῖς τοὺς οἰκέτας | v. 32 ἡγῇ σου | v. 87 οὖν | v. 122 λογίοις | v. 130 εἷς | v. 132 ὁ add. | v. 138 ἵν' | v. 161 καταγελᾷ | v. 203 ἐ στιν | v. 234 ἀπολεῖσθον | v. 272 ἐκκλίνῃ | v. 282 με | v. 287 καταχράζομαι | v. 344 σου | v. 374 add. γε | v. 411 εγὼ] v. 411 add. τοῖς | νὴ τὸν Δία | v. 428 add. τά | v. 433 κλάειν πολλὰ | v. 484 λέγει] v. 459 ἐπ' | v. 508 ἠνάγκασεν | v. 537 νῦν | v. 432 οὐκ ἐόντος | v. 605 βρώματα | v. 654 καμοὶ | v. 616 ὀλολύξαι | v. 684 ἅπαντα | v. 728 ἐκτῆς θύρας | v. 736 οἴτ' | v. 741 add. μοι | v. 801 μόνον | v. 810 δεινὰ | v. 820 ταῦτα | v. 831 περὶ | v. 834 δωροδοκήσοντ' | v. 987 φησι | v. 1021 add. γε | v. 1023 γάρ | v. 1044 μελήθεις | v. 1054 δὲ | v. 1056 γε | v. 1059 τὸ Πύλοιο | v. 1249 μ' add. | v. 1250 ἄπιθι ἄπιθι | v. 1276 ὦν | v. 1353 τούτων | v. 1368 γ' ὑπολίποις | v. 1373 τ' (pro γε)|.

En habes, si calculi subducuntur, octoginta duos versus, qui in *R* gravissimis ex parte vitiis deformati, β codicis auxilio

---

[1]) Omitto scilicet hoc in genere res parvulas ad orthographiam spectantes vel ad Byzantinorum pronuntiationem corruptam.

praestantissimo ad sanitatem perducti sunt. Haec si quis attento animo reputaverit, non dubito quin in eam sententiam abiturus sit, indignum esse Ravennatem praepotenti ista dignitate, quae ei adhuc a viris doctis addici solet: regnare autem debere in arte critica factitanda solam rationem. Praecavendum ergo nobis erit, ne sola Ravennatis auctoritate commoveamur. Quare dupliciter, si quid video, in hoc genere erratum est ab editoribus partim quod ex illius libri corruptelis apertis suarum coniecturarum ansam ceperunt, partim quod eius lectiones valde suspectas et minus commodas artificiose defendendas susceperunt. Operae autem pretium esse arbitror nunc de singulis locis controversis uberius agere. Et primus in disputationem veniat versus 73, qui cum sensu carens ab *R* sic exhibeatur:

*κράτιστ' ἐκείνην ἣν μόλωμεν ὠγαθέ,*

integerrimus fit, si codicis *β* auxilio utimur:

*κράτιστ' ἐκείνην τὴν „μόλωμεν“ ὠγαθέ*; Id est: *ἐκείνην τὴν μόλωμεν ὁδὸν τρεπώμεθα.* Tamen, quod satis mirari non possum fuerunt, qui Ravennatis vitio cum manifestissimo tum levissimo, nimirum . nequid de eius libri laude videretur detractum esse, verae scripturae vestigia contineri putarent. Bergkius enim, cuius Velsenius comprobavit sententiam, *ἣν* illud in *ᾗν* mutavit. Id commentum, quod ut inani et caduco, fundamento nisum, omni probabilitate destitutum est, iam per se reiectaneum est, quia eo accepto orationis elegantia et perspicuitas tollitur et evertitur. Quis enim non videt nudum illud *ἐκείνην* valde obscurum, valde languidum esse?

Item versum 741, qui ex Ravennatis lectione: *εἰπέ μοι νυν τί δρῶν*; prorsus claudicat, sanissimum in codice *β* conservatum esse: *ἑιπὲ νυν τί δρῶν*; semper iudicium meum fuit quamquam Kockius, quem Bambergius, Bergkius, Ribbeckius Velsenius sequuntur, eiecta particula *νυν ἑιπέ μοι* poetae reddendum esse censebat. Quod si re vera is dedisset, haec fere totius corruptelae non nimis probabilis historia fingenda nobis esset: adiecta quondam est in omnium nostrorum manuscriptorum archetypo a lectore quodam nescio quam ob causam

particula *νυν*; quae postea in omnibus praeter Ravennatem libris praetermissa est.

Quam interpretationem artificiosissimam esse patet. Contra unde Ravennatis scriptura orta sit, facillime dispicitur. Cum enim *ἑιπέ μοι* creberrima sit dictionis familiaris formula (quadraginta et septem, ni fallor, exempla apud Aristophanem exstant) etiam hoc loco quin librarius ad eam aberraverit, non dubium esse iudico.

At fortasse *εἰπέ μοι*, non *ειπε νυν* ex more est Aristophaneo. Atque profecto Bambergius (pag. 16.) nil hoc loco nisi *εἰπέ μοι* dici posse contendebat quoniam in interrogationibus poeta semper, si tu sex liberioris metri exempla exemeris *ἑιπέ μοι*, non *ἑιπέ* posuisset. Quae autem est huius legis ratio? Quam tu putas causam fuisse, cur poeta in enuntiatis interrogativis maxime *εἰπέ μοι*, non solum *εἰπέ* sibi concederet? Sed ne vera quidem ista observatio est nam in Equitum versu 1361 interrogatione usus Aristophanes scripsit:

*τοῦτον τί δράσεις, εἰπέ, τὸν ξυνήγορον*;

Dubitari ergo non licebit, quin potuerit sane usurpare scriptor *εἰπέ νυν* nostro in versu eodem iure quo usurpavit vesp. 990. et *λέγε νυν* nub. 141. 345. 426. vesp. 30. Therm. 110.

Similiter aliud *R* codicis mendum ludos fecit criticos. Excidit enim v. 270. in *R* pronomen *ἡμᾶς*, et hinc ducta est emendatiuncula ista Cobeti, qui *ἡμᾶς* pronomine expulso eius in locum *ὄντας* substituit, eum versum iam antiquitus depravatum a Veneti librario interpolatione foedissima adspersum esse ratus. Sed audiamus eum ipsum sic ratiocinantem (Mnemos IV. pag. 133. Novae lect. p. 37.): „Qui codicem Venetum scripsit, de suo *ἡμᾶς* interpolavit, ut passim Aristophanem levibus coniecturis suo arbitrio refinxit.“ Quid ergo? Censetne doctus ille vir, quod hominem sibi constantem censere aequum est talem medicinam adhibendam esse, ut ceterorum codicum supplementis quasi amputatis nostro Marte emendationi operam demus? Tum saltem valde admirandum est praestantissimum istius interpolatoris ingenium, quod tam multos et laceratos versus egregia divinatione reconcinnavit, quin etiam duos versus Aristophane dignissimos de suo pan-

xit. Sed nolo iam hanc Cobeti opinionem, quam nullo probabili argumento firmatam ex eis, qnae supra de Ravennatis depravatione disserui, falsissimam esse apparet, disertis verbis redarguere. —

Unum hoc genus errorum, quibus viri docti fabulas Aristophaneas recensentes constricti sunt tribus exemplis satis habeo illustrasse. Commemorandi tamen reliqui eiusdem generis hi sunt: v 261. 365. 388. 654. 676. 732. 893. 903. 1058. Omnes hos versus non feliciter editores temptarunt, qui quamquam ceterorum librorum scripturae nullam corruptelae suspicionem movebant, tamen ex Ravennatis peccatis melius aliquid expiscari posse sibi videbantur. — Nunc, si placet, eas *R* libri lectiones in censum vocemus, quae aut multo peiorem sensum vel orationis formationem efficiunt, aut minus gravibus testimoniis confirmatae sunt. Initium autem faciamus a v. 190, ubi in *R* *τουτὶ μόνον σ' ἔβλαψεν* scriptum est, in codice *β* *τουτί σε μόνον*, quod Bambergius nescio quo iure in apertorum vitiorum numerum refert (cf. pag. 7). Eadem, ut videtur, sententia, usus Dindorfius, Vesparum versu 1123: *ἐπεὶ μόνος μ' ἔσωσε παρατεταγμένον* adhibito, illud *τουτί σε μόνον* nostro loco reiciendum esse duxit. In errore tamen is haud dubie versatur, quoniam *τουτί σε μόνον*, conlato vesparum versu 588: *τουτὶ γάρ τοι σὲ μόνον τούτων ὧν εἴρηκας μακαρίζω*, ab Aristophaneo dicendi usu non alienum esse concedendum est. Quamquam igitur utriusque scripturae condicio per se quidem par est habenda, tamen Ravennatis scripturae civitatem abrogabimus, si quidem verum est, quod ex editione Dindorfiana concludendum est, etiam Ravennatem in scholii lemmate praebere: *τουτί σε μόνον ἔβλαψεν*.

Mirum quantum deinde v. 201. editores *R* libri auctoritate fallaci decipi se passi sunt. Scriptura enim, quae in eo inest *κα*, tantum abest ut codicis *β* lectioni *κεν* anteponenda sit, ut ne tolerari quidem per se possit. Nam qua tu re putas commotum fuisse poetam, ut in oraculorum dictionem, quae imitatur ionicam dialectum, vocem doricam *κα* temere intruderet? Nam quod paullo post v. 210. *κα* pro *κε* a Meinekio

ex Etymologici Magni auctoritate in trimetro iambico restitutum est,' nullam omnino habet similitudinem cum nostro loco, quia ibi Aristophanes dorici carminis aliquem versiculum ludificandi causa adfert. Rectissimo autem in Pacis versu 1076 poeta eandem oraculorum dictionem solemnem expressurus locutus est: *οὐ γάρ πω τοῦτ' ἐστὶ φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν | φυλοπίδος, λῆξαί πρὶν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.* Qua re eo quoque, de quo agitur, versu Ravennatem valere iubeamus.

Et idem, ni fallor, versu 272 iudicium faciendum est, quandoquidem codicis *β* lectio *πρὸς σκέλος* (*R*: *τὸ σκέλος*) etiam scholiastae testimonio fulcitur: *κυρηβάσει κυρηβασία λέγεται ἡ διὰ τῶν κεράτων μάχη, ἄλλως πρὸς τὸ σκέλος μάχεται ἢ διαπεσεῖται.*

Similis deinde editorum error v. 274 latet, in quo *καταστρέφει* ex *R* ab omnibus receptum esse cerno. (in codice *β* *καταστρέφεις* exhibetur.) Momenti quid quam talibus in discrepantiis nemo prudens scilicet libris manuscriptis tribuet. Sententia ipsa inter utramque lectionen erit quasi disceptatrix et iudex. Quid ergo valet *καταστρέφει*? Ribbeckius quidem, qui vertit, „der die Stadt doch immer prellt," non dubium est quin alium atque inesse potest sensum induxerit. Si autem id quod solum *καταστρέφεσθαι* significat, „unterwerfen" ponimus, me iudice oratio satis languida et inepta redditur. Neque enim subigendi, sed perturbandi vocabulum poscitur. Prorsus eandem sententiam chorus paullo post (v. 304) de eodem Cleone pronuntiat:

*ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ κράκτα τοῦ σοῦ θράσους*
*πᾶσα μὲν γῆ πλέα, πᾶσα δ' ἐκκλησία, καὶ τέλη*
*καὶ γραφαὶ καὶ δικαστήρι', ὦ βορβοροτάραξι καὶ τὴν πόλιν*
*ἅπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακὼς κτα.*

Quae cum ita sint, hic *καταστρέφειν* quod turbandi habet significationem, praeferendum est

Consimilem etiam versu 357 sequimur sententiam. Hic etsi per se neque Ravennatis lectio (*ἐπιπιών*) neque codicis *β* (*ἐκπιών*) reprehensionem ullam habet, diligentius tamen utramque examinantes, eo adducemur, ut *ἐκπιών* probemus

Quam facile potuit, ut ab argumento levissimo ordiar, iste qui *R* librum scripsit ad superius (v. 354) illud *κἆτ' ἐπιπιών* oculo aberrare? Deinde, si *κἆτ' ἐκπιών* in textum recipiemus, multo concinniorem orationis formam effici negari nullo modo potest Etenim botularius unicuique Cleonis elocutioni similem, sed magis rusticam opponit, (velut 254 verbo *καταφαγών* respondet *καταβροχθίσας*), ita hoc quoque loco *ἐπιπιών* (354) continuatur et augetur voce *ἐκπιών*. Et eadem fere iam apud scholiastam occurrit observatio: *παρατηρητέον δὲ ὅτι τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι φιλονεικεῖ τὸν Κλέωνα τῷ μὲν θύννῳ τὸν ζωμὸν . . . . παρατηρητέον δέ ὅτι ὥσπερ ὁ Κλέων ἐπήνεγκε κασαλβάσω τοὺς ἐν Πύλῳ στρατηγοὺς οὕτω καὶ οὗτος ἐχρήσατο τῷ λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας.* Majus etiam ad ea quae modo disputavi, firmanda, et gravius testimonium accedit Athenaei, qui accurate poetae verba exscripsit:

*καταβροχθίσας κἆτ' ἐκπιὼν καὶ ζωμὸν ἀναπόνιπτος λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας καὶ Νικίαν ταράξω.*

Alius tum error versu 459 videtur tollendus esse, ubi Ravennate confisi *τ'ἐπῆλθες* (pro *θ'ὑπῆλθες*) ab Aristophane positum esse sibi persuaserunt viri docti. Possunt enim ex scholiastae interpretatione, quae huic versui adfixa est: *ἐπιτηδείως αὐτὸν καὶ ὑπούλως διὰ τῶν λόγων ἐνίκησας τῶν σῶν*, verba *ὑπούλως ἐνίκησας* ad nihil nisi ad *θ'ὑπῆλθες* interpretandum pertinere. Eadem quoque significatione *ὑπέρχεσθαι* a poeta v. 269 positum est: *οἷ'ὑπέρχεται ἡμᾶς.* (cf. Eur. Androm. 435. Iphig. Aul. 67.)

Nullam deinde laudem meruerunt editores, quod v. 477 ad unum omnes Ravennati, qui *ἐν* tradit, obsecuti, codicis *β* scripturam *ἐπὶ* temere repudiarunt. Per se quidem hic praepositionis *ἐπὶ* usum aptum et commodum esse valde dubito num quis praeter Bambergium (cf. pag 7) negaturus sit, atque poeta ipse contradiceret, qui paullo ante v. 236 loquitur: *ὁτιή ἐπὶ τῷ δήμῳ ξυνόμνυτον πάλαι* (confer praeterea Herodotum VII 235 *Πελοποννησίων συνομοσαντων ἐπὶ σοί* et VI. 74.)

Sed re vera Aristophanem dedisse:

*ὑμῶν ἁπάντων τὰς ξυνωμοσίας ἐρῶ*
*καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐπὶ τῇ πόλει*
nunc iam argumento, quod mihi semper certissimum videbatur esse, ostendam. Ouum enim versu 236 verba: *ἐπὶ τῷ δήμῳ* rectissime ab interprete antiquo explicentur: *ξυνωμοσίαν ἐποιήσατε . . . , ἵνα ὁμοφωνήσητε κατὰ του δήμου* atque nostro loco haec scholia antiqua adiuncta sint: *τὰς ξυνόδους νυκτερινὰς] ὅτι νυκτὸς οὔσης κατὰ τῆς πόλεως ἐβουλεύεσθε. τὸ δὲ ἐπὶ τῇ πόλει ἀντὶ τοῦ κατὰ τῆς πόλεως*, equidem extra omnem dubitationem esse iudico, quin iam scholiasta *ἐπὶ* in suomet textu invenerit. Etiam eum, qui primam nostrae fabulae hypothesin composuit, cum ad versum, de quo agimus, respiciens enarrat: *ὁ Κλέων ἀγανακτεῖ καὶ διενεχθεὶς ἱκανῶς περὶ τοῦ ἀνώτερος εἶναι τῶν ἐναντιουμένων σφᾶς ὡς συνομωμοκότας κατὰ τῆς πόλεως πρός τὴν βουλὴν ἵεται*, praepositionem *επὶ* legisse apparet.

Qua re tam firma et tuta est praepositionis *ἐπὶ* condicio, ut, etiamsi omnes libri *ἐν* praeberent ea non sine probabilitate restituenda esset.

In versu 646, quem ex Dindorfii adnotatione (cf. adnot. Oxon. p. 328) sic in Ravennate exhiberi concludendum est

*οἱ δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισεν,*

recte, ut ex Velsenii silentio colligmus, ab illo libro *διεγαλήνισαν* praebetur. Nihilosecius, quod in *β* habetur, recipi debet: *τῶν δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισεν.* Nam quod intransitive verbum *διαγαληνίζειν* hic usurpatum est nemini erit offensioni, quoniam etiam Alexidis versu (Meineke fr. 173,5 = Athen. X 421 D).

*αὐτόν ὀκεκληκὼς τοῖς Σαμόθραξιν εὔχεται λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ*

talis usus confirmatur. Sed nunc utra veri sit similor lectio perpendentibus, rursus scholiasta antiquus adminiculum praeclarrissimum obfert; cuius ad versum 643 haec verba sunt: *διεγαλήνισεν] Προσηνῆ καὶ πρᾷα καὶ ἥμερα ἐγένοντο, τουτέστιν ἐκ τῆς ὀργῆς μετέβαλε καὶ μετηλλάγη.. ἀπὸ δὲ τῶν ἀφύων κυρίως τῷ διεγαλήνισεν ἐχρήσατο, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι εἶχον τῆς ναυτικῆς.* Hac ex explicatione non modo *διεγαλήνισεν* in inter-

pretis antiqui exemplari fuisse evidentissime efficitur, sed etiam τῶνδε; neque enim quae in scholiis de διεγαλήνισεν proferuntur, in οἵδε ullo modo cadunt

Ratio disputationis meae impedit, quominus versus 698 et 701, in quibus ter εἰ cum coniunctivo legitur ex Ravennatis auctoritate (in β inest ἐὰν vel ἤν), intactos relinquam. Nolo tamen tritam istam controversiam, utrum εἰ cum subiunctivo admiserint Attici necne, hic pertractrare. Unum hoc admoniturus sum talem coniunctionis condicionalis usum non confirmari nisi tragicorum aliquot exemplis. (Antig. 710. Oed. Tyr. 198 874 Oed. C. 1443 Aesch. Pers. 222 Supl. 86 395). Quae olim aqud pedestris orationis scriptores exstabant Thuc. 6,21 Plat. leg. 12 p. 958, Aen. Cyrop. III, 3,50 iam pridem omnium consensu sublata sunt. Ne apud Aristophanem quidem aliud praeter ea de quibus igitur exemplum legitur. Nam in Paris versu 450 coniunctivum rectissime in optativum transmutatum a Meinekio esse nemo negat. Sed etiam tres, qui restant locos placere posse nego. Nam ponamus tragicos, ut viri docti volunt (cf. Ellendt index Sophocl. p. 197) ἐι cum coniunctivo ex Homeri imitatione dixisse, tamen ad Aristophanem, qui proletaria lingua nostro loco utitur, haec excusatio nullo modo pertinet. Cum igitur singularem istam coniunctionis ἐι constructionem in sermone Atticorum vulgari tolerandam esse demonstrari nequeat Ravennatis scriptura am per se suspecta fit; tota autem corruit, quoniam codex β praeslarissime solemnem Atticorum dictionem defendit. Fortasse huic argumentationi scholiastae quoque testimonium quasi fulcrum accedit: ἐκφάγω] ἐὰν μή σε καταναλώσω καὶ ἐνβάλω ἐκ ταύτης τῆς γῆς καὶ διώξω.

Multo enique brevius de versu 79 disputare licet; ubi ex sententia ipsa momenti nil peti potest ad diiudicandum, utrum Ravennatis lectio ὁ νοῦς δ᾽ an β codicis ὁ δὲ νοῦς Aristophane dignior sit. Consentientibus autem eum β et Plutarcho (Moral. 517 α) et Eustathio (p. 311,23), illum re vera poetae manum conservasse consentaneum est.

Sed satis haec dicta sunt de eis Ravennatis scripturis, quae patronos iusto pertinaciores nanctae sunt.

Sequitur ut de eis versibus agamus quos et *R* et *β* recte videri tradere possunt. Et hic quidem licebit fructum capere ex eis, quae de *R* libri vitiositate supra disputata sunt; inde enim fit probabile omnibus istis ambiguis locis Ravennatis librarium, cuius tam ad peccandum propensum fuisse ingenium vidimus, a vero aberrasse, sed ita ut casu fortunaque aliquid per se probabile perscriberet. Sed exemplorum huc pertinentium numerus tantus est ut nisi de nonnullis non liceat uberius agere. Reliqua breviter memorabo. Ac primum quidem versu 8 neque *δεῦρο δή*, quod Velsenio auctore solo in *R* invenitur, neque *δεῦρό νυν*, quod in *β* inest, ullam in reprehensionem incurrit, quoniam *δεῦρο δή* formulam bis (eccles. v. 949, 957) *δεῦρό νυν* ter (ran. 1415 Thesmo. 286, Lys. 930) poeta posuit.

Eodem modo versu 70 utique pares inter se sunt codices *R* et *β*; neque recte, opinor, *ὀκταπλάσιον*, quod in *β* scribitur, in vitiorum numero a Bambergio habetur. Immo prorsus id ex more et analogia dictionis Aristophaneae usurpatum est hoc loco. Quid enim? Num diversa ratione dictum est in nostrae fabulae versu 285: *τριπλάσιόν σου κεκράξομαι* vel v. 718 *ἐκεῖνον τριπλάσιον κατέσπακας*? Etiam nostro loco est eadem comparativi significatio agnoscenda et sic fere cogitatione supplenda: *ἡμεῖς δὲ δίδομεν· εἰ δὲ μὴ πατούμενοι ὑπὸ τοῦ γέροντος ὀκταπλάσιον [ἢ τότε εἰ δίδομεν], χέζομεν.*

Levis deinde versu 486 discrepantia est inter utrumque librum (*εἰσπεσὼν* enim *R*, *ἐμπεσὼν β* habet). Neutrum suapte natura displicet. Quod autem *εἰσπίπτειν* nunquam apud Aristophanem *ἐμπίπτειν* duodecies reperitur inde nolim argumenti quidquam contra Ravennatem petere.

Item versu 768 et Ravennatis scripturae *κατατμηθείην* et *β* codicis *διατμηθείην* defensio praesto est. Qui ille favet, *διατμηθείην* ex antecedenti *διαπρισθείην* ortum esse censebit, qui huic patrocinatur, istud *κατατμηθείην* ex sequenti versu, ubi est *κατατμηθείς* errore ductum esse contendet. Hinc igitur frusta aliquid auxilii quaerimus. Sed gravius fortasse argumentum nunc adlaturus sum. Cum enim, ut supra observatum est (confer etiam schol. ad v. 356 et 371) Paphlagonis verba

verbis botularii magis vulgaribus et rusticis excipi soleant videntur nostro quoque loco vocibus *διαπρισθείην διατμηθείην τε* aptissime respondere *κατατμηθεὶς* et *κατακνησθείην*. Tamen ne hinc quidem iudicium nostrum pendet. — Versus, qui est in editionibus septingentesimus vicesimus septimus ex Ravennatis auctoritate.

*ἔξελθε ἵν' εἰδῇς, οἷα περιυβρίζομαι,*

in codice *β* post versum 729 collocatur. Quae versiculi sedes quamquam valde displicuit editoribus, mihi quidem maxime videtur idonea esse. Atque breviter sententiam meam explicabo. Cleon enim et botularius clamantes, ut Populus domo egrederetur, orabant

*ὦ Δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. ΑΛΛ. νὴ Δί', ὦ πάτερ ἔξελθε δῆτ.*

Tum Cleon, quod rogaverat, blandius repetere coepit:

*ὦ Δημίδιον, ὦ φίλτατον.*

Cuius verba Populus clamore audito adhuc intra domum moratus sic interrumpit:

*τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας*
*τὴν εἰρεσιώνην μου κατεσπαράξατε.*

Iterum deinde Cleon, quia nondum Populus comparuit, precatur:

*ἔξελθ' ἵν' εἰδῇς, οἷα περιυβρίζομαι.*

Tum demum ille in publicum progressus ad Paphlagonis verba respondet:

*τίς ὦ Παφλαγὼν, ἀδικεῖ σε;*

Hac igitur versuum collocatione probata plana sunt omnia. Contra etsi talem, qualis in *R* inest, ordinem omnino reicere vereor, tamen confiteor, id male me habet, quod post versum 729 Populi verba: *τίς, ὦ Παφλαγὼν, ἀδικεῖ σε;* praeter exspectationem legenti occurrunt. Cum enim Populus id quod patet ex verbis: *τίνες οἱ βοῶντες* antea nihil audiverit nisi clamorem, unde, quaeso, iniuriam inferri Cleoni statim scire potuit?

Nihil deinde v. 880. per sententiam interest, utrum cum *R γένοιντο* an cum *β γένωνται* legamus. Coniunctivi enim post tempus praeteritum usus omnino hic legitimus est, quia enuntiati secundarii actio perdurat. Et saepius ab Aristo-

phane ipso talis subiunctivus ponitur: ran. 1419, av. 73. Thesm. 974, equ. 1182, vesp. 70. 312. 815. 893. pax. 225.

Simili de versu 1087 utemur iudicio, ubi βασιλεύεις in R, βασιλεύσεις in β traditum est. Praesens enim quamquam ferendum non esse negari debet, tamen mihi quidem nescio quo pacto minus placet, non tam quia futurum sequitur δικάσεις (atque etiam γίγνει proxime ad futurum ἔσῃ accedit), quam propter scholiastae antiqui ad nostrum versum adnotationem: ἄρξεις οὖν φησὶν οὐχ Ἑλλήνων μόνον καὶ βαρβάρων. Sed certi hinc quidquam nolui colligere.

Item versu 1028 decerni per se certa ratione nequit, λέγε νυν legendum sit cum R, an λέγε δή cum β, quia utraque elocutio cum aptissima tum usitatissima est. (λέγε νυν: nub. 141. 345. 426. vesp. 30. Thesmo 110. et λέγε δή: nub. 690. equ. 21. ach. 103. av. 588. Lys. 503.)

In easdem iudicii angustias delabimur versu 1110; cum non solum τρέχοιμ' ἂν εἴσω, quod R praebet, sed etiam τρέχοιμ' ἂν ἤδη quod β obfert, metro sententiaeque satis faciat. Et ne quis εἴσω ad τρέχοιμ' ἂν necessario addendum esse putet, conferatur ex nostra fabula versus 970.

*καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰών, ἵν' οὑτοσὶ αὐτῶν ἀκούσῃ.*

Ne hic quidem εἴσω ἰὼν dixit poeta; quamquam versus 997:

*ἰδοῦ θέασαι, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω.*

talem sensum videtur postulare.

Frustra fateor me quaesivisse, quidnam discriminis versu 1239 inter Ravennatis (ἐναντία) et β codicis (ἐναντίον) scripturam intercederet. Per se autem βλέπειν ἐναντίον accommodatum esse valde ad nostrum versum, nonnulla tantum si exempla contuleris, libenter mihi concedes: confer Eur. Hec. 968:

*αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,*

Hec. 975:

*νόμος γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον,*

Heracl. 943:

*καὶ τλῆθι τοὺς σοὺς προσβλέπειν ἐναντίον.*

Sed longum est de reliquis, qui huc spectant, locis fusius disserere; sunt enim hi: v. 75. 133. 182. 212. 275. 385. 433. 437. 480. 508. 514. 604. 674. 748. 902. 1046. —

Quibus expositis consequens est, ut breviter enucleemus quando tandem nos probabiliter Ravennatem secuturi simus. Et hic quidem eadem iustitia in *R* utimur, qua antea in *β* usi sumus. Ut enim inter *β*'codicis lectiones eas confidentius textui Aristophaneo vindicavimus, quae externis testimoniis commendabantur, sic Ravennatis quoque eas veri speciem prae se ferre scripturas putabimus, quae non modo probum efficiunt sensum, sed etiam aliis documentis confirmantur. Velut versu 61 licet apte et commode in *β* εἶϑ' ὁ γέρων legatur, tamen Ravennati, qui ὁ δὲ γέρων exhibet, facile palmam adtribuemus, cum Suidas testis gravissimus cum e faciat.

Idem cadit in versum 572 et 856.

Haec habui, quae de vario codicum *R* et *β* usu proferrem. Adiungantur autem praeterea huic disputationis parti pauca de Veneto.

Posse enim in hoc genuina poetae verba conservata esse dispicitur ex eis, quae supra de eius origine disputavi. Iniuria autem semel, quod sciam, editores huius libri lectionem mihi videntur praetervidisse vel neglexisse; versu 936. enim in *V* solo participium ἐλϑών, quod in ceteris libris levissimo errore in ἐλϑεῖν commutabatur, rectissime traditum est. Nam semper, ni fallor, praeter unum in Nubibus locnm v. 1384, quem iam Meinekius emendavit, φϑάνειν verbum cum participio constructum est a scriptoribus Atticis. Contra saepissime posteriore aetate infinitivum cum verbo illo coniunctum esse scimus (velut Sextus Empiricus non posuit nisi infinitivum). Sua sponte ergo ad eum aberraverunt librarii.

Unius denique versus 1010 mentio iniciatur, quo clariore in luce ponatur, quanta cum diligentia ac fide archetypi indoles in Veneto sit expressa. Haec autem versus forma ex *R* et *X* circumfertur:

*περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι,*

contra ex *V* (*P*):

*περὶ σοῦ περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι.*

Ac primum quidem in propatulo est felicissime verbis,

quae Veneto debentur, *περὶ ἁπάντων πραγμάτων*, sententiae integritatem restitui. Neque minus videri potest dubium respicientibus continuam et accuratam inter Cleonis et botularii sermonem responsionem, quin huic quidem loco non nisi perinepte istud omnium nostrorum codicum additamentum: *τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι* inculcetur. Contra ne quis ad scholiastae metrici adnotationem provocaturus sit: *προτίθενται στίχοι ἰαμβικοὶ ἀκατάληκτοι ιζ· τὸ γὰρ ιέ δίμετρόν ἐστιν ἀκατάληκτον*, vix verendum est, quoniam hoc scholion, in *V O* omissum, ex Byzantini alicuius ingenio exortum est. Restat, ut huius vitii latissime patentis originem, quantum possum, describam. Vulgabatur, opinor, antiquitus versus 1029 varia lectio: *τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι*, quae ad marginem adnotata postea nescio quo casu in textum post versum 1010 inrepsit. Jam in omnium nostrorum librorum archetypo sic legebatur:

*περὶ, ἁπάντων πραγμάτων.*
*περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ τὸ πέος οὗτοσὶ δάκοι.*

Sola igitur scribarum incuria *X* in *R* et in *X* verba: *περὶ ἁπάντων πραγμάτων* interierunt. — Sed haec hactenus

---

## II.

Eandem legem, quam supra de codicum in Equitibus propinquitate atque auctoritate constitui, suapte natura ad reliquas fabulas valere non putabimus. Qua re nil otiosi nos facturos esse existimo, si eandem in Nubibus repetemus quaestionem Etiam viam disputandi assimilem cum fructu ingrediemur Jam primum omnium, ut habeamus, quo pedem certo figamus, ad liquidum redigatur necesse erit, quali cognationis vinculo constricti sint Ravennas Venetusque. In Equitibus quidem nihil huic cum illo esse commune superiore disputatione evici. De Nubibus autem in contrariam fere sententiam discedendum esse facillima opera dispicient, qui utriusque libri lectiones consentientes percensuerint: v. 87 *πείθομαι* | v. 92 *θυρίδιον* | v. 114 om. | v. 130 *σκινδάλμους* |

v. 131 στραγεύομαι | v. 243 ἔτριψεν | v. 261 [1]) ἀτρεμί | v. 263 ἐπακούειν | v. 307 πρόδομαι | v. 355 add. γε | v. 409 ἔσχον | v. 433 θαρρῶν παράδος | v. 452 καλοῦσι | v. 466 ταῖς | v. 482 σοι | v. 550 κοὐκ ἐτίμησ' αὖθις ἐπεμπηδῆσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα rectissime | v. 637 οὐδὲν Strepsiadi tribuunt | v. 661 ταῦρος τράγος | v. 676 θεία | v. 679 ὀρθῶς γὰρ | v. 692 ἥτις | v. 707 ἀττατται | v. 807 μόνος | v. 868 om. ἔτι | v. 876 add. γε | v. 901 ἀναστρέφω | v. 918 om. καὶ | v. 945 ἀναγρύζῃ | v. 947 ἀνθρήνων | v. 966 ἐντεεναμένης | v. 975 ἀνιστάμενον | v. 994 παρὰ | v. 1002 οὐ | v. 1006 om. λευκῷ | v. 1009 φράσω | v. 1036 καὶ μὴν ἔγωγ' | v. 1040 om. καὶ | v. 1048 om. παίδων | v. 1084 ἧττων post γυναικῶν collocant *R V* | τε pro ἐστὶν | v. 1086 om. ἂν | v. 1088 *ΑΔ.* personam ante τί habent | v. 1160 om. | v. 1105 ποτέρα | v. 1101 οἷον | v. 1112 ἔγωγε | v. 1116 ἡμεῖς | v. 1164 ἔνδοθεν τρέχων violato metro dochmiaco | v. 1168 τόν υἱόν σου | v. 1165 Socratis personam praefigunt | v. 1165 ὦ παῖ | v. 1174 τὸ τί Phidippidi, sequentia Socrati tribuunt | v. 1178 om. δή | v. 1181 αὐτοὶ | v. 1186 add. δὴ | v. 1198 om. γὰρ | v. 1228 πότ' | v. 1231 om. ἀλλ' | v. 1235 καὶ | v. 1256 add. καὶ | v. 1260 τίς ἐσθ' ὁ θρηνῶν οὗτος („quae librarii coniectura est, senarium ab ἔα incipientem utcunque restituentis“) | v. 1269 γε | v. 1277 μοὶ δοκεῖς | v. 1292 οὐδὲ | v. 1298 πασία pro σαμφόρα | v. 1361 om. ἔνδον | v. 1409 ἐτύπτησας | v. 1429 τιθείς | v. 1457 ἐπήρετε | v. 1458 ἡμεῖς | v. 1470 τι | οὐκ ἐστ' (*V.* ἐστιν) οὐκ ἐπεὶ | v. 1499 om. καὶ | 1510 om. γε. |

Ecce praesto tibi est universa vis exemplorum, qnae certissime aliquam inter utrumque librum similitudinem osten-

---

[1]) Falso Dindorfius soli Ravennati ἀτρεμί tribuit; atque saepius ut in Equitibus sic in hac quoque fabula neglegentia quaedam collationum Dindorfianarum cognosci potest: velut v. 215 Venetus recte habet πάνυ (non πάλιν); v. 296 ὀυχὶ non ὀυδὲ; v. 365 om *V* πάντ' ἐστι | v. 391 *V* παπαπαππάξ idem quod *R* | v. 418 om. τοῦτο | v. 433 μεγάλας γνώμας transponit *V* | v. 485 om. | v. 489 ὅπως om. | v. 490 εὐθέως ὑφαρπάσει περὶ τῶν μετεώρων transponit *V* | v. 592 τῷ | v. 592 ἄιτε ἄναξ Φοῖβε transponit | v. 654 om. οὐδὲν | v. 693 om. γε | v. 712 et 713 transp. | v. 761 om. αὐτὴν | v. 840 om. χρηστὸν | v. 848 om. καλῶς δε | 1048 παίδων etiam in *V* om. |

dunt. Cuius causam et originem subtilius inquirentibus ei scilicet loci nihil adferunt utiltatis, ubi et in *R* et in *V* verum servatum est; maximi contra erunt ea momenti exempla, quae in eadem vitia duos hos codices delapsos esse monstrant. Quid enim? Num tu casui dandum esse censes, quod et in Veneto et in Ravennate versus 114 et 1100 evanuerunt? Praetermitto quantopere abhorreat a probabilitate permultis huius comoediae locis (v. 868, 918, 1006, 1040, 1048, 1086, 1158, 1198, 1231, 1361, 1499, 1510) duos scribas eadem vocabula neglexisse. Quis deinde casu obtigisse opinabitur ut duobus in diversis libris eaedem transponerentur voces (v. 436, 661, 1081, 1164, 1260)? Quid? Quod saepius (v. 355, 876, 1168, 1256) contra metri vel sensus rationem utrique codici eaedem interpolationis maculae adspersae sunt? Accedunt denique menda aliquot tam mirifica, tam singularia, ut ex unius eiusdemque librarii ingenio originem traxisse ea putanda sint, (velut versu 307 *προδόμοι* pro *πρόσοδοι*, cf. 968, 1001, 1277, 1298). Vides cognationem inter Ravennatem et Venetum, qua nulla potest esse artior. Quae tum solum habet explicationem, si aut utrique libro communis subest fons aut Venetus ~~est~~ ut pote uno saeculo recentior, ex Ravennete descriptus est. Id quidem quod extremo loco significavi, re vera factum esse gravissimam habeo causam cur negem. Scatet enim liber Ravennas vitiis cum manifestissimis tum foedissimis, quae omnia Veneti librario evitata esse cernimus. Hunc autem suo Marte ea correxisse vix vereor ne quis crediturus sit, quia licet errores leviores, velut v. 22 *ἴδω* ex *εἴδω*, v. 91 *Διονυσου* ex *Διόνυσσον*, v. 466 *ζηλότατον* ex *ζηλωτατον* emendentur, tamen fieri nequit, ut toti versus, qui ex archetypo dilapsi sunt postea coniciendo ad genuinam formam ac speciem revocentur (cf. v. 104, 622, 690, qui in *R* interierunt).

Ad eandem rem spectant reliquae *R* libri corruptelae, quae nunc legentium oculis subiciantur: v. 40 *στρέψαι* | v. 123 *ἐξολῶ* | v. 178 *κάψας* | v. 300 om: *παλλάδος ειανδρον* | v. 326 *νῦν* | v. 327 *νῦν γετοῦ* om. | v. 335 *στρεπταίγλας* | v. 365 *μοι* | v. 402 add. *γε* | v. 420 om. *γε* | v. 433 add. *μεγάλας* | v. 453 *εἴτι* | v. 454 *ἤ εἰ* | v. 464 *ζηλότατον* | v. 484 *μὲν γὰρ* |

v. 520 om. καὶ | v. 569 ἐμὸν (pro ἡμέτερον) | v. 595 αὐτῷ | v. 654 πρῶτον (pro πρό τοῦ) | v. 689 add. δὲ | v. 720 ἐπὶ | v. 760 καλεῖσθ' om. | v. 800 om. τῶν | v. 806 ἐξολῶ | v. 896 add. καὶ | v. 1171 πρῶμε μὲν εἶ | v. 1195 ὑπομανιῶν τὴν νουμηνίαν | v. 1203 om. πρόβατ' | v. 1426 αὐτοὺς | v. 1491 om. γ' | ἀπεχθέσει. | Quae si quis attente examinaverit, adducetur prorsus rationi convenienter ad concludendum, communem fuisse Ravennatis et Veneti in Nubibus fontem, nisi forte tu, (quod nihil cogit, ut statu amus). Venetum ex compluribus codicibus contaminatum contendes. Huius ipsius autem peccata non iuvat hic coacervare, nihil enim est, quod ex eis utilitatis ad nostram quaestionem assecuturi simus; breviter tantum monuerim eum in Nubibus mirum in modum corruptelarum sordibus obsitum esse.

Neque huic affinitatis rationi, quam modo declaravi, tres refragantur loci: 326, 330, 1418. Primo, loco ubi in idem, in quod ceteri, Venetus abiit vitium (ὁρῶν) elegantissimus et sanissimus ex Ravennate prodit hic versiculus:

ΣΤ ὡς οὐ καθορῶ ΣΩ: παρὰ τὴν εἴσοδον
ΣΤ: ἤδη νυνὶ μόλις οὕτως.

Sed hinc non pertimesco, ne quis argumenti quidquam ad sententiam meam repellendam repetiturus sit, qui totius erroris originem animo sibi effinxerit; ὁρῶ quidem, quod olim ad οὕτως a lectore quodam interpretandi causa adscriptum erat, tum peraliquot libros usque ad eum codicem propagabatur, unde nostri libri pendent: οὕτως (ὁρῶ superscr.); deinde Veneti librarius et is qui X codicum archetypon composuit, nil nisi ὁρῶ, quippe quod longe aptius eis videretur, transscripserunt, Ravennatis vero scriba solum οὕτως [1]). Idem in universum statuendum est de versu 330, qui metro ex Ravennatis et X librorum lectione σκιὰν turpiter pessumdato, praeclarissime Veneti subsidio emaculatur (καπνὸν).

---

[1]) Saepius obtigit, ut vera lectione elapsa, solum interpretamentum remaneret, velut v. 265 in *V*, equ. 902; nub. 649, 1161, 1012.

Hic quoque simili incuria, cum in archetypo scriptum
σκίαν
haberetur *καπνόν*, *R* et *X* tantum glossema, *V* solum Aristophanis scripturam retinuit. Neque aliter de versu 1418 equidem existimo.

Quibus, si quid sentio, absolutis progrediendum est ad reliquos libros, quotquot in promptu sunt: *ΑΘΜΔ* [1]). Prius autem quam ipsos tractemus, codicum *ΔΘΜ* collationem, quae nondum nota est totam, si quisquilias ad orthographiam pertinentes exceperis, nunc adscribam. Satis enim non est, ne examinandi facultas temere praecludatur, per saturam quaedam delibare:

versu 2 (editionis Meinekianae) *ὦ* om. *Θ*.
v. 7. *κολάσαι' ξ M*.
v. 15. *τε* om. *M*.
v. 19. *ἵνα γνῶ M*.
v. 23. initio *συνῆχ'* add. *M*.
v. 24. *ἐξεκόπην ΜΘΔ*.
v. 26. *τοῦτο* (pro *τουτὶ*) *ΔΘ*. om. *M*.
v. 33. *μέλε M*.
v. 35. *ἐνεχυράσασθαι ΘΜΑ*.
v. 36. *στρέφη ΔΘ στρέφηι M*.
v. 37. *δήμαρχόντις Δ*.
v. 47. *ἄστεος ΜΘΔ*.
v. 58. *ἴθ' Θ*.
v. 61. *τἠγαθῆ M*.
v. 62. *δῆ ταῦτ' ΜΘ*, *τὸιντεῦθεν Δ*.
v. 73. *ἐπείθετο ΜΘΔ*.
v. 74. *ἵππερον ΜΘΔ μοι Θ*.
v. 83. *Ποσειδῶν α M*.
v. 84. om. *γε M*.
v. 87. om. *μοι ΜΘΔ τί οὖν πιθοῦμαι ΜΘΔ*.
v. 89. *ἃ ἂν Δ*.
v. 95. *ἐνοικοῦσιν M*.
v 97. *ἄνθρακες ΜΘΔ*.
v. 115. *τἀδικώτατα Δ*.
v. 122. *σαπφόρας M*.
v. 130. *ἀκριβοῦς M*.
*σκινδαλάμους ΘΜΔ*.
v. 133. *βάλ' M*.
v. 141. *γὰρ ἡμῖν M*.
v. 143. post *δὲ* add. *Δ σε*.
v. 145. *αὐτῆς ΘΜΔ*.
v. 147. *τοῦ ΔΜ*.
v. 148. *πῶς δῆτα διεμέτρησε ΘΜ*; *πῶς δῆτσ τοῦτο διεμέτρησε Δ*.
v. 175. *δέ γόυκ ἦν M*.
v. 179. *θοιμάτιον ΔΜΘ*.
v. 183. *Σωκράτη ΔΜΘ*.
v. 185. *ἐοικέναι ΘΜΔ*.

---

[1]) in Laurentiano *Γ* haec fabula deest.

v. 189. τοῦτο γε ΔΘ, τοῦτο M.
v. 192. οὗτοι γ' M.
v. 195. ἡμῖν MΔΘ, περιτυχῇ M.
v. 201. αὕτη M.
v. 203. ἀναμετρῆσθαι MΔ.
v. 212. ἠδὲ M.
v. 213. ποῦ 'στιν ΔΘM.
v. 216. πάνυ ΘM.
v. 233. αὐτήν M.
v. 236. ἵνα μ' ἐκδιδάξῃς ΔΘM.
v. 244. om. Θ τὸ.
v. 248. ὄμνυτε Θ.
v. 249. ἢ σιδηρέοισιν M.
v. 254. add. M ad finem. θέλω
v. 258. om. M με, θύσητε M.
v. 259. ταῦτα πάντα invers. ordin. Δ.
v. 261. ἀτρεμάς ΔΘM.
v. 263. ὑπακούειν ΔΘM.
v. 267. καταβραχθῶ M. καταβροχθῶ Δ.
v. 268. μὴ ΔΘM.
v. 267. μήπω γε μήπω γε MΔ.
v. 272. ἀρύεσθε πρόχουσιν.
χρυσέοις MΔ.
προχόησιν M.
προχοαῖς MΔΘ (omisso 'ν).
v. 274. ὑπακούσατε ΘM.
φανεῖσαι M.
v. 276. Δ in margine add. ἀφεῖσαι.
v. 284. om. Δ postea add.
v. 285. ἀθανάτοις ἰδέαις ΔΘM.
v. 293. βούλομαι γ' Θ.
v. 297. σκώψῃς ΔΘM.
v. 298. om. τιθεῶν M.
ἀοιδαῖς ΘM.
v. 300. ἐς add. ante χθόνα ΔΘM.
v. 303. δῆμος M.
v. 314. εἰσιν M.
v. 322. φανερῶς ΔΘM.
v. 324. ἡσύχως ΔΘM (ἥσυχος Δ)
v. 325. χρῆμ' ὡς Θ.
v. 326. ὁρῶ ΔΘM.
v. 329. ᾔδεις Δ.
v. 330. σκιὰν ΘΔM.
v. 331. οἶσθ' ΔΘM
v. 336. πρημενούσας ΘM.
v. 337. ἀερίας διερὰς ΔΘM.
v. 340. post δὴ add. νῦν ΔΘM.
v. 34. δέ 4γε ΔΘ.
v. 345. ἂν σ' ΔΘM.
v. 348. ὅτι ἂν ΔΘM.
v. 348. βούλωνταί ΘM.
v. 351. γὰρ ΔΘM.
v. 355. om. γ' ΘΔM.
Κλεισθένην ΔΘM.
v. 356. ἄλλῳ M.
v. 358. παλαιγενὲς ΔΘM.
v. 360. ἂν om M.
v, 362. παραβάλλει MΘ.
v. 366. ὑμῖν M.
v. 367. σὺ λέγεις M inverso ordine.
v. 369. σημείοις ἐγὼ transp. Δ.
v 371. γἐχρῆν M.
v. 372. δὴ om. ΔΘM.
v. 374. add. post. φράσον M μοι
v. 375. αὗται δὲ M.
v. 382. οὐδέπω ΔΘM.
v. 390. πάππα ξ alterum om. ΔM; πα om. M extremo loco.
v. 397. ὁ Ζεὺς φανερῶς Θ transp.
v. 399. πῶς δῆτ ΔΘM.
v. 401. 'Αθηνέων ΔΘM.

v. 402. δρῦς γε M; δὴ om M; μαθῶν M; γε om. ΔΘΜ.
v. 403. σὺ om. ΔΘΜ.
v. 408. om. τὸν ΔΘΜ.
ἔγωγουν ΔΘΜ.
v. 409. ὄπτων ΔΘΜ.
v. 410. ἀνεφυσᾶτ' M.
v. 412. σοφίας ἐπιθυμήσας Δ transp.
ἄνθρωπε σοφίας M transp.
v. 413. γενήσει ΔΘΜ.
v. 414. εὖ μνήμων εἶ ΔΘΜ.
v. 415. καλμὴ ΔΘΜ.
v. 416. μήτε Δ.
ἀριστᾶν M.
v. 420. ἕνεκα ΔΘΜ.
v. 422. ἕνεκα ΔΘΜ.
v. 423. οὐδένα ΔΘΜ.
v. 425. om γ' ΔΘ.
v. 429. τοίνυν γε Δ.
v. 431. om. γά ΔΘ.
v. 433. om γε ΔΘ.
v. 437. τοῦθ' ΔΜ.
v. 439. νῦν δὲ M.
χρήσθων post οὖν add. ΔΘΜ.
v. 440. τό γ' ἐμόν ΔΘΜ.
v. 442. ῥιγοῦν ΔΘΜ.
v. 452. λέγουσ' ΔΘΜ.
ων
v. 460. ἕξεις Θ.
ἕξεις ἕξων Δ.
v. 464. διδάξεις Δ.
v. 465. ἂν Δ.
v. 467. ἐς λόγους ΘΜΔ solus λόγον.
v. 483. γε add. post. τρόπῳ M.
τι add. Δ.
v. 489. προβάλλωμαι Θ.
προβάλωμαι ΔΜ.
v. 495. καπεῖτ' ΔΘΜ.
μαρτύρομαι M.
v. 500. νῦν δὴ transp. M.
v. 511. εἵνεκα ΘΜ.
ἕνεκα Δ.
v. 520. νικήσαιμ' ἔγωγε ΔΘΜ.
v. 523. πρώτους ΔΘΜ.
v. 538. σκύτινον ΘΔΜ.
v. 542. τὰ πονηρὰ M.
v. 550. οὐκ ἐσαῦθις ΘΜ.
οὐκέτ' εἰς αὖθις Δ.
v. 557. πεποίηκεν ΔΘΜ.
v. 575. προσέχετε ΔΘΜ.
v. 584. ἐκλέλοιπε ΘΜ.
v. 586. ὑμῖν om. Θ.
v. 592. 'ν om. ΔΘΜ.
v. 614. Σεληναίης ΔΘΜ.
v. 615. ἡμᾶς Θ.
κ'οὐκ ΔΘΜ.
v. 620. στρεβλοῦται Δ.
δικάζεται Δ.
v. 622. ἢ τὸν Μέμνον ΔΘΜ ἢ τὸν Σαρπήδονα ΔΜ
v 633. ἔξελθε Δ.
v. 635 om. τι M.
v.638 ἢπερὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν ΔΘΜ
v.642 πότε ρον ΔΘΜ.
v. 644 ὦ ἄνθρωπε M.
v. 647 σὺ add. ante περὶ ΔΘΜ.
v. 650 εἶτ' ἐπαΐειν ΔΘΜ.
v. 653 τουί Θ.
v. 654 ἔτ' om. ΘΜ.
v. 658 πρότερον ΘΜ.
v. 660 ἄρρεν' M.
v. 663 ἀλεκτρύονα ΜΘΔ.
v. 664 πῶς ΔΘΜ.
v. 668 μόνον M.
v. 669 post. hunc. v. 675 in Δ legitur

v. 672 *τὴν κάρδοπον ΘΜ.*
v. 676 *θυεία ΔΘΜ.*
v. 677 *αὖταρ Μ.*
v. 679 *ὀρθότερον λέγεις ΔΘΜ.*
v. 681 om. *δὲ ΘΜ δή Δ.*
v. 687 *ἐστ' ὀυκ ΘΔ ἐστιν οὐκὶ Μ.*
v. 688 *ἡμῖν ΘΜ.*
v. 690 *τὸν Μ.*
v. 692 *ὅστις ΘΔΜ.*
v. 696 *σ' ἐνταῦθ' ΘΜ σ' ἐνθάδε Δ.*
v. 700 om. *τε Μ.*
v. 702 *γ' εἰς Δ.*
v. 704 *ἐις ἄλλο ΘΜ.*
v. 707 *ἰάτταται ΔΘΜ* bis.
v. 728 *εὑρητέος ΔΘΜ.*
v. 733 *ὀυδὲν ἔγωγ' ΔΘΜ.*
v. 735 om. *ὀυκ Δ.*
v. 737 *ἐξευρεῖν ΔΘΜ.*
v. 741 *λέπτην καὶ Δ.*
v. 743 *ἀτρέμας Μ.*
v. 745 *εἰς* add. ante *αὐτὸ Μ.*
v. 748 *δὲ Δ.*
v. 751 *δὴ ΘΔΜ.*
v. 754 et 755 om. *Δ,* habet post 772.
v. 757 *εὖ γ'* om. *Μ.*
v. 768 *ἑώρας ΔΜ.*
v. 771 *ὡδί Μ.*
v. 782 *οὐδεὶς* post *τεθνεῶτος Μ.*
v. 783 *διδα ξαίμην ἔτι ΔΘΜ.*
v. 786 *τί δῆγε Δ. τί νῶν Μ. δὴ*
v. 786 *τί νῦν Θ. ἐδιδάσκου ΔΘΜ.*
v. 801 *αὐτὰρ ΘΜ.*
v. 805 *ἆρα γαἰσθάνει ΔΘΜ. ἀγαθ'* om. *Μ.*
v. 812 *ἑτέρως Δ.*
v. 814 *ἐνταυθοὶ ΔΘΜ.*
v. 817 *Δἰ οὐ* om. *Δ Δία ΘΜ.*
v. 819 *τὸν Δία ΘΔΜ.*
v. 820 *δὴ Μ* (pro *δὲ*)
v. 821 *τοῦ καὶ Δ.*
v. 823 *τι* om. *ΔΘΜ. σὺ* add. post *ὅ ΔΘΜ.*
v. 825 *νῦν Θ, νύν νή ΔΜ.*
v. 827 *ἐστιν* pro *ἐστ' ἔτ' ΔΘΜ.*
v. 838 *μου καταλούει Θ*[1] transp *Θ*[2] correxit.
v. 847 *τίνα νομί ζεις ΔΘΜ.*
v. 855 om. *ἂν Θ τῶν ἐπῶν ΘΜ.*
v. 862 *πειθόμενος ΔΜ.*
v. 865 *τούτῳ τῷ Θ.*
v. 869 om. *πω ΔΘΜ. ἐνθάδε ΘΜ.*
v. 870 *ἀλλά συ* add. *Μ. αὐτὸς σύ Δ.*
v. 872 *ἠλύθιον ΔΘΜ.*
v. 876 *τουτο οὔτ' ἐμ' Δ.*
v. 878 *ὅν ΔΘΜ.*
v. 887 *ἀπέσομαι ΔΘΜ.*
v. 888 *τοῦτο δ' οὖν ΘΔ τοῦτο γ' οὖν Μ.*
v. 901 *ταῦτ' ΔΘΜ.*
v. 907 add. *Μ* post. *λεκάνην· ἵν' ἐμέσω.*
v. 916 *διάσε ΔΘΜ.*
v. 918 *τοι* om. *ΔΘΜ* ante *γνωσθήσει· καὶ* add. *ΘΜ.*
v. 925 *ὤμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης, ὤμοι μανίας, τῆς σῆς πόλεως, ΔΘΜ.*
v. 932 om. *δ' Δ.*
v. 933 om. *Μ.*
v. 935 *ἐπίδειξον Μ.*
v. 940 *τίς λέξει πρότερος ὑμῶν ΔΘΜ.*
v. 960 *αὐτοῦ Θ.*

v. 963 *γρύξαντος φωνὴν ΔΜ.*
v. 967 *ἢ* prius om. *Δ.*
v. 973 *καθέζοντας Θ.*
v. 975 *ἀνισταμένους ΔΘΜ.*
v. 978 *ἠλείψατο ΔΘΜ.*
v. 982 *ἂν ἄνηθον ΔΘΜ.*
v. 985 *ἱματίοισι διδάσκεις ΔΘΜ.*
v. 889 *τῆς ΔΘΜ.*
v. 994 *κακουργεῖν ΔΘΜ.*
v. 996 *εἰσιέναι ΘΜ εἰσάγειν Δ.*
v. 1004 *γλισχραντιλογεπιτριπτου Θ.*
v. 1005 *καταθρέξομαι ΔΘΜ.*
v. 1012 *λαμπρὰν ΔΘΜ.*
v. 1024 *καὶ κλεινοτατην Μ.*
v. 1026 *δ᾽ ἀρ᾽ ἦσαν ΔΘΜ.*
v. 1031 *εὐδοκίμησεν ΔΜ.*
v. 1036 *πάλ᾽ ἔγωγε ΔΘ πάλαι γ᾽ ἔγωγε Μ.*
v. 1039 *πρότερος Μ.*
v. 1040 *καὶ τοῖς νόμοις καὶ ταῖς δίκαις ΔΘΜ.*
v. 1046 *δειλότατον ΜΘ.*
v. 1047 *σε μέσον ἔχω ΔΘΜ.*
v. 1063 *διὰτοῦτο ΔΘΜ.*
v. 1064 *δὲ* pro *γε Δ.*
v. 1065 *δ᾽ οὐκ ἐκ Δ.*
v. 1066 *οὐ μάχαιραν ΔΘΜ.*
v. 1067 *δ᾽* pro *γ᾽ Θ* om. *γ᾽ Μ.*
v. 1073 *κιχλισμῶν ΔΘΜ.*
v. 1076 *δὴ* post *τι Δ.*
v. 1082 *ἂν μεῖζον Μ.*
v. 1083 *γε* post *ῥαφανιδωθῇ Δ.*
v. 1086 om *ἔτι Δ.*
v. 109 -92 om. *Μ.*
v. 1093 *καὶ* ante *δημηγοροῦσι Μ.*
v. 1099 *καὶ* ante *τουτονί* add. *Δ.*
v. 1105 *πότερον ΔΘΜ.*
v. 1106 *τὸ* pro *σοι Θ, τῷ Μ. διδάσκωσι Δ.*
v. 1109 *οἷαν ΔΘΜ.*
v. 1113 *χαίρει ΘΔ χώρειγε Μ.*
v. 1115 *δ᾽* om. *ΔΘΜ.*
v 1119 *τεκούσας ΔΘΜ.*
v. 1126 *στέγους Θ.*
v. 1136 *θήσειν Δ.*
v. 1137 *μέτριάτε καὶ ΔΘΜ.*
v. 1143 *μεμάθηκεν ΘΜ.*
v. 1145 *παῖ* posterius om. *ΘΜ.*
v. 1156 *γ᾽ ἄρα Μ.*
v. 1161 *ἀνιαρός* superscripto *βλάβη ΔΘΜ.*
v. 1165 *παῖ, παῖ ΔΘ.*
v. 1169 *τὸν υἱὸν* om. *ΘΜ*; *Δ* add. *σὺ* ante *λαβών.*
v. 1175 om. *Μ.*
v. 1176 *ἔνεστιν ΘΜ.*
v. 1177 om. *Μ ὅπως.*
v. 1181 *ἀπολοῦντ᾽ ΔΘΜ αὐτοὶ Μ.*
v. 1183 *πω Μ* pro *περ.*
v. 1184 *ἂν* om. *ΔΘ.*
v. 1189 *αὖ* pro *οὖν Μ.*
v. 1192 *τί δή Μ.*
v. 1194 *ἑκόντ᾽ Θ.*
v. 1194 *ἀπαλλάττονθ᾽ ΔΘ.*
v. 1195 *ἐπανιῶντο Μ.*
v. 1196 *καίπως Μ.*
v. 1198 *παθεῖν ΘΜ.*
v. 1199 *ἵν᾽ ὡς ΔΘ.*
v. 1205 *τοὐγκώμιον Μ.*
v. 1207 *γ᾽* pro *τ᾽ Μ.*
v. 1208 *ἐκτρέφεις ΘΜ.*
v. 1213 *εἶτά τε Θ, εἶτά γ᾽ ΔΜ.*
v. 1215 *ἦν εὐθὺς ΔΘ.*
v. 1216 *γε Δ* add. ante *μᾶλλον.*
v. 1231 *ἄλλο γ᾽ ΘΜ.*

v. 1232 *καὶ* pro *δὴ* Θ *ἐπομόσαι* Θ.
v. 1233 *ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε* ΣΤ: *ποίους θεοὺς* ΜΘ *ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε* ΣΤ: *τοὺς ποίους θεούς* Δ.
v. 1243 om. *γ'* ΔΘΜ *μοι* pro *μὴ* Μ.
v. 1249 *ἀργύριον* ΔΘΜ.
v. 1250 om. *οὐδ' ἂν* Μ.
v. 1254 *καίτοι γ'* ΔΘΜ.
v. 1260 *ἤτι* Δ.
v. 1266 *πώποτ'* Θ.
v. 1271 *εἶχες ὄντως* Θ.
v. 1272 *ἵππους γ'* ΔΘΜ.
v. 1276 *ὅπως* Μ.
v. 1286 *ἀπόδος* ΘΜ, Δ add *γε*.
v. 1295 *τ' ἀργύριον ποιῆσαι*.
v. 1296 *ἐκ* pro *ἀπὸ* Δ.
v. 1298 *σαπφόρα* Μ.
v. 1300 om. *σ'* Μ.
v. 1304 *ἐρασθεὶς* ΘΔ *ἐραστής* Μ.
v. 1307 *τε* add. post *τημερὸν* Θ.
v. 1308 om. *τι* ΔΘΜ.
v. 1309 *ἴσως ἀνθ'* om. ΔΘΜ.
v. 1310 *τι κακὸν λαβεῖν* ΔΘΜ.
v. 1311 *αὐτὸν* om. ΔΜ.
v. 1328 *λέγε καὶ πλείω* Θ.
v. 1329 *δὴ* pro *καὶ* Δ.
v. 1338 *ὦ μέλε νὴ Δί'* Μ.
v. 1340 *μ' ἀναπείθειν* Θ.
v. 1350 *δῆλον τὸ λῆμ' ἔστι τ' ἀνθρώπου* ΔΘΜ.
v. 1352 *ἤδη λέγειν χρή* ΔΘΜ om. *τὸν* ΘΜ.
v. 1353 *τὸ πρῶτον* Μ.
v. 1354 om. Δ *δή*.
v. 1359 *ἄρα τύπτεσθαι καὶ* ΔΘΜ.
v. 1361 *ἔνδον ἔλεγεν* Θ.
v. 1371 *ἐκίνει* ΔΘΜ.
v. 1373 *κ' αγὼ δ'* ΔΘΜ.
v. 1374 *κἀντεῦθεν οὖν* Δ *κἀντεῦθεν* Μ.
v. 1375 *ἀναπηδᾷ* Θ.
v. 1376 *με* om. Μ.
v. 1381 *σου* om. Μ.
v. 1383 *ἂν* om. Μ.
v. 1386 *καὶ* om. Μ.
v. 1384 *δ' οὐκ ἂν* Θ.
v. 1398 *δίκαια λεγειν* Θ.
v. 1401 *μόνη τὸν νοῦν* ΔΘΜ.
v. 1410 *τε* ΔΘΜ.
v. 1412 *τύπτειν τ'* ΘΜ.
v. 1413 *τὸ μὲν σὸν* transp. ΘΜ. Δ om. *σὸν*
v. 1416 *σὺ* om. Θ.
v. 1417 *γε* om. Μ.
v. 1418 *μάλιστα* ΔΘΜ. *τοὺς νεωτέρους* ΔΜ, *τοὺς νέους* Θ.
v. 1421 *ἦν τὸ πρῶτον* ΔΘΜ.
v. 1427 *ἀλεκτρυόνας* ΔΘΜ.
v. 1428 post. *διαφέρουσιν* add. ΔΜ. *οὐδέν*.
v. 1429 om. *γ'* Θ.
v. 1431 in Μ post 1427 legitur.
v. 1440 *αὖ ἔτι* Θ.
v. 1441 *τ' οὐκ* Δ.
v. 1442 *δή μ'* Δ. *ἀφελήσεις* ΔΜ.
v. 1444 *ὅπως* Θ; *τί φῄς* om. Μ. *τί δῆτα φῄς σύ* Δ.
v. 1445 *ἂν* om. ΔΜ. *ἔχων* pro *ἦν* ΔΘΜ.
v. 1446 *λόγον* pro *ἔχων* ΔΘΜ.
v. 1448 *γ' ἦν* Θ.
v. 1453 *ταδὶ* Δ.
v. 1454 *σὺ γ' αὐτῷ* Μ.
v. 1456 *ταῦτα γ'* ΔΜ.
v. 1457 *ἐπήρατε* ΔΘΜ.

v. 1458 ἀεὶ ΘΔΜ. ἑκάστοτ' ἀντιν' οὖν ΔΘΜ.
v. 1462 οἴμοι Θ.
v. 1465 et 1466 transp. M.
v. 1466 μετ' ἐμοῦ ἐλθὼν οἴσε καμὲ ἐξηπάτων ΘM. μετ' ἐμοῦ γ' ἐλθ' οἴσε καμὲ ἐξηπάτων Δ.
v. 1468 αἰδέσθητι M.
v. 1471 οὐκ ἐστὶν ἐπεὶ M. οὐκ ἐστὶν γ' ἐπεὶ Θ.
v. 1477 καὶ τοὺς θεοὺς ΔΘM.
v. 1487 ἀναβὰς M.
v. 1488 et 1489 transp. ΔM.
v. 1496 τοῖς Θ.
v. 1499 om. καὶ Θ.
v. 1500 μαθόντες.
v. 1505 καὶ pro γε Θ.
v. 1506 θ' ὑβρίζετον εἰς τοὺς θεοὺς M. θ' ὑβρίζετον γ' εἰς τοὺς θεοὺς Δ.
v. 1507 ἐσκοπεῖσθον Θ, τὴν ἕδραν ΔΘM.
v. 1508 παῖε βάλλε Θ.
v. 1510 ἡμῖν pro εἶναι ΔΘM.

Hos igitur codices accuratius inspicientibus ex eodem fonte haustos esse statim communium lectionum hac multitudine planum est: v. 62 δὴ ταῦτ' v. 87 πιθοῦ τί οὖν | v. 148 πῶς δῆτα διεμέτρησε | v. 261 ἀτρεμὰς | v. 263 υπακούειν | v. 355 om. γ' | v. 399 πῶς δῆτ' | v. 451 λέγουσι | v. 608 ἐπέστειλε | v. 647 add. σὺ | v. 663 ταυτὸν | v. 692 ὅστις | v. 707 ἰάτταται | v. 728 εὑρητέος | v. 737 ἐξευρὼν | v. 786 ἐδιδάσκου | v. 805 ἆρά γε | v. 925 ὤμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης ΔΙΚ: ὤμοι μανίας τῆς σῆς, πόλεώς θ' | v. 982 ἂν ἄνηθον | v. 1001 λαμπρὰν | v. 1028 δ' ἄρ' ἦσαν | v. 1105 πότερον | v. 1116 ὑμῖν | v. 1168 ἄπιθι σὺ λαβὼν | p. 1181 ἀπολοῦντ' | v. 1249 om. τ' | v. 1272 add. γ' | v. 1286 ἀποδὸς | v. 1359 ἄρα τύπτεσθαι | v. 1041 μόνη τὸν νοῦν. | Quam autem dissimilis horum librorum scriptura Ravennati Venetoque sit, suapte natura apparet. Aliter prorsus de Parisino, qui nunc in quaestionem asciscatur, iudicabimus. Cuius etsi plena et accurata collatis mihi in manu non est tamen id ex editionum raris adnotationibus certe pernoscemus, eum cum *RV* nulla ratione cohaerere, quia ab istorum librorum mendis ipse omnino liber est. Cum autem in Equitibus eandem Parisini quam ΘΓΔP codicum originem fuisse apertum sit, idem in Nubibus si non constat, at non veri dissimile est. Atque profecto id confirmatur nonnullis istis lectionibus, quas ex Parisino editores diserte memorant: v. 584 ἐκλέλοιπε ΑΘΜ | p. 672 add. τὴν ΑΘΜ | v. 813 ἑτέρᾳ ΑΘΜ | v. 984 διπολιώδη | v. ΑΔΘΜ | v. 1314 om. τ' ΑΔΘΜ. | Idem

deinde inter *ΔΘΜ* et *A* consensus ex editorum silentio, si quidem accurate adnotaverunt certissime concludendus est non paucis locis: v. 48, 355, 377, 451, 647, 692, 707 737, 805, 925. Qua propter non iam vereor, quattuor hos libros quippe artissime coniunctos uno nomine *X* comprehendere. Sed paullo distinctius et explicatius de eis disserendum erit. Ambrosianus igitur ut in Equitibus textum haud dubie praebet ex Ravennatis et ex *X* codicum lectionibus consutum atque confusum, ita in nostra fabula sola ex traditione quam vocamus *X* pendet. Quae tam aperta res est, ut oleum profecto et operam perderem, si explicatius de ea argumentarer. Tamen unum non sine fructu observare licet, dilligentissime Ambrosianum a Musuro ad scholia Aristophanis condenda in usum vocatum esse. Cuius rei idcirco operae pretium est mentionem movere, quia gravissimae et pretiosissimae res subinde in Aldina sola traditae sunt. Expromantur ergo ad illustrandam sententiam meam exempla aliquot luculenta:

| M. | Aldin. |
|---|---|
| ad. v. 249. | |
| *ἐδόκει τὸ τῶν Βυζαντίων πάντων ἐλάχιστον εἶναι καὶ φαυλότατον· ἅτε σιδηροῦν ὑπάρχον· ἐκεῖ γὰρ μέταλλόν ἐστιν, ἐν ᾧ ὤμνυον.* | *ἐδόκει τὸ τῶν Βυζαντίων νόμισμα ἐλάχιστον εἶναι πάντων καὶ φαυλότατον, ἅτε σιδηροῦν ὑπάρχον.* |
| v. 447 *κύρβις. ἡ σανὶς, ἔνθα ἦσαν οἱ νόμοι γεγραμμένοι. λέγει οὖν, εἰ τά γε ἄλλα δόξαιμι τοῖς πολλοῖς καὶ ἔμπειρος εἶναι τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν λόγων ἡδέως παθεῖν παρ' ὑμῶν, πᾶν ὁποῦν παθεῖν καὶ ὑπομεῖναι. Ἄλλως κύρβις ὁ περίεργος, ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν. ἢ μνήμων καὶ γὰρ αἱ κύρβεις πρὸς μνήμην εἰργάζοντο.* | *κύρβις· ἡ σανὶς, ἔνθα ἦσαν οἱ νόμοι γεγραμμένοι. λέγει οὖν, εἰ τά τε ἄλλα δόξαιμι τοῖς πολλοῖς καὶ ἔμπειρος εἶναι τῶν νόμων καὶ τῶν λόγων, ἡδέως ἂν ὑπομείναιμι πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν. Ἄλλως κύρβις ὁ περίεργος, ὃν οὐκ ἔστι λαβεῖν ἢ μνήμων. καὶ γὰρ αἱ κύρβεις πρὸς μνήμην εἰργάζοντο.* |
| v. 471 *οὕτως γὰρ ἐκάλουν τὰς δίκας πάσας πράγματα κἀντιγραφάς.* | *οὕτως γὰρ ἐκάλουν τάς δίκας πάσας πράγματα κἀντιγραφάς.* |

| | |
|---|---|
| v. 490 *συναρπάσει*: ἔπαιξε δὲ δὶα τοῦ ὑφαρπάσαι, αἰνιττόμενος τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν. ἴσως δὲ κἀκεῖνος ἀπὸ τῶν κυνικῶν φιλοσόφων ἔλαβε τὸ κυνηδόν. | ἔπαιξε δὲ διὰ τοῦ ὑφάρπασαι αἰνιττομενος τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν. ἴσως δὲ κ'ἀκεῖνος ἐκ τῶν κυνικῶν φιλοσόφων ἔλαβε τὸ κυνηδόν. |
| v. 530 δημοσίᾳ διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας οὐ γὰρ πρῶτον δὶ ἑαυτοῦ καθίει τὰ δράματα ὁ ποιητὴς εὐλαβούμενος· ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο εἰσιέναι. νόμος δὲ ἦν, μὴ εἰσελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω πληρώσαντα τεσσάράκοντα ἔτη. | δημοσίᾳ διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας. οὐ γὰρ πρῶτον δι' ἑαυτοῦ καθίει τὰ δράματα ὁ ποιητὴς εὐλαβούμενος. ἀπὸ δὲ τῶν Ἱππέων ἤρξατο εἰσιέναι· νόμος δὲ ἦν μὴ εἰςελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα· ὡς δέ τινες τριάκοντα. |
| v. 541 ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις ἢ ὡς εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐεπίφορον ὄντα τὸν Ἕρμιππον σκώπτει οἱ δὲ Σισέρμωνα τὸν ὑποκριτὴν. | ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαταλίοις ἢ ὡς εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐ επίφορον ὄντα τὸν Ἕρμιππον οἱ δὲ Σισέρμιον τὸν ὑποκριτήν. |
| v. 556 εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην κατὰ μίμησιν Ἀνδρομέδας διὰ γέλωτα τῶν θεατῶν· ἦν δὲ καὶ οὗτος κῳμωδίας ποιητής. | φέρεται usque ad ἤσθιεν. Ἄλλως εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην, κατὰμίμησιν Ἀνδρομέδας, διὰγέλωτατῶν θεατῶν· ἦν δὲ καὶ οὗτος κωμῳδίας ποιητής. |
| v. 566 ὅτι ἔθος τοῖς ποιηταῖς ἀπὸ Διὸς ἄρχεσθαι | ὅτι ἔθος τοῖς ποιηταῖς ἀπὸ Διὸς ἄρχεσθαι. |
| v. 695 ἀντὶ τοῦ σκέψαι καὶ διανοήθητι περὶ τῶν ἰδίᾳ σοι συμφερόντων πραγμάτων. | ἀντὶ τοῦ σκέψαι καὶ διανοήθητι περὶ τῶν ἰδίᾳ σοι συμφερόντων. |
| ad v. 709 ἴσως αὐτοῖς ἐπέκειντο κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. | ἴσως αὐτοῖς ἐπέκειντο κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. |
| ad v. 719 οἱ φρουροῦντες διὰ τὸ παραμυθεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἀγρυπνίαν ᾖδον. | οἱ φρουροῦντες ἐν πολέμῳ διὰ τὸ παραμυθεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἀγρυπνίαν ᾖδον. |
| ad v. 843 *παρανοίας*] ἀντί τοῦ εἰς τὸ δικαστήριον εἰσαγαγών (quod Suidas quopue habet.) | ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ δικαστήριον εἰσαγαγών. |


| | |
|---|---|
| **ad v. 868** *ἀλλὰ σὺ γ' αὐ τὸς ἐκ τῶν κρεμαστῶν δηλονότι τετριμμένος εἴης ἀεὶ κρεμάμενος. λέγει δὲ τῶν ὀργάνων τῶν ἀστρονομικῶν καὶ γεωμετρικῶν. κρέμαθρα γὰρ ἐν τῷ φροντιστηρίῳ γράφεται, ἐπεὶ αὐτὸς ἐπὶ κρεμάθρας ἦν.* | *ἐκ τῶν κρεμαστῶν δηλονότι τετριμμένος εἴης ἀεὶ κρεμάμενος. λέγει δὲ τῶν ὀργάνων τῶν ἀστρονομικῶν καὶ γεωμετρικῶν. κρέμαθρα γὰρ ἐν τῷ φροντιστηρίῳ φράφεται, ἐπεὶ ἀυτὸς ἐπὶ κρεμάθρας ἦν.* |
| ad v. 963 *ἑστῶτας πρὸς τὸ μὴ θλίβειν τὸ μόριον, ἐκθλίβοντες τὰ αἰδοῖα ἐκ τοῦ συνέχειν τοὺς μηρούς.* | *ἑστῶτας πρὸς τὸ μὴ θλίβειν τὸ μόριον, ἐκθλίβοντες τὰ αἰδοῖα ἐκ τοῦ συνέχεὶν τοὺς μηρούς.* |
| ad v. 966 *κάμψειεν] ἀντὶ τοῦ εἰ κακοηθεύσοιτο κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ τὴν ᾠδὴν προενέγκοιτο.* (sic. recte M. | *κάμψει εν] ἀντὶ τοῦ ἐι κακοηθεύσοιτο. κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ τὴν ᾠδὴν ἀνενέγκοιτο, οἷον καταισχύνων τῆς φωνῆς.* |
| ad v. 1079 . . . . *τέφραν θερμὴν* (quod Suidas inverso ordine apte servavit.) | . . . . *τέφραν θερμήν.* |
| ad v. 1018 *οὗτος ὡς Κίναιδος καὶ εὔμορφος καὶ θηλυμανὴς κωμῳδεῖται.* | *ουτος ὡς κίναιδος καὶ εὔμορφος καὶ θηλυμανὴς κῳμωδεῖται.* |
| ad v. 1255 *λιταργισμοὺς ἐκάλουν τὰ σκιρτήματα. ἀποδραμῆς, ἀποσκιρτήσεις ἀπὸ τῆς θύρας ἔστι δὲ ἡ λέξις ἢ ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ, ὃ σηλοῖ τὸ ταχὺ καὶ τό λάκον οὐ ταχέως οὖν φησὶν ἀποδραμῇ.* | *λιταργισμοὺς ἐκάλουν τὰ σκιρτί ματα. ἀποδραμῇ ἀποσκιρτήσεις, καταλείψῃ ἀπὸ τῆς θύρας. ἵτις ἐστὶν ἡ λιτη. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ, ὅ δηλοῖ τάχυ καὶ τὸ λι πεῖν. οὐ ταχέως οὖν φησὶν ἀποδραμῇ.* |

Ambrosiani libri specie et indole satis adumbrata ad Laurentianum *Δ* procedamus. Hunc Laurentiani *Θ*, ut Velsenio visum est apographum esse eam ob rem non potest non negari, quia codicis *Θ* peccata a *Δ* prorsus absunt cf. v. 74. 244. 293. 299. 397. 615. 654. 658. 672. 673. 789. 934. 973. 981. 1004. 1116. 1124. 1126. 1169. 1194. 1305. 1328. 1353. 1361. 1379. 1389. 1398. 1496. 1416. 1429. 1440. 1458. 1496. 1499. 1505. 1507. Ne artior quidem propinquitas inter

utrumque intercedit. Propius videtur *Δ* ad Ambrosianum accedere cf. 147. 203. 267. 272. 390. 437. 622 768. 825, 862. 1311. 1374. 1419. 1428. 1445. 1456.

Sed quominus ex ipso *M* fluxisse putemus *Δ*, obstat quod illius codicis menda, quae innumera fere esse cernimus, in *Δ* non insunt. Consectarium ergo ex his est ad idem archetypon redire utrumque. Diligentissime ceterum in *Δ* correctricis et interpolatricis manus opera consumpta est; id quod uno exemplo declarabo, versu 1444 enim, ubi, ut *M* monstrat verba *τί φῇς* iam in archetypo communi elapsa erant Laurentiani scriba, homo artis metricae satis peritus, labentem versiculi numerum pro virili parte ita sustentare studuit, ut scriberet *τί δῆτα* cf. 1466. 1506. Ad extremum breviter adnotetur, quod ad historiam editionum Aristophanearum pertinet. Laurentianum *Δ* ad Aldinam [1]) editionem usurpatum esse cf. v. 189. 218. 258. 369. 412. 433. 622. 655. 681. 702. 768. 812. 870. 932. 1065. 1083. 1093. 1099. 1179. 1199. 1215. 1260. 1286. 1442. 1448. 1466. 1505. 1506.

Quibus, ut potui, enodatis, reliquum est, ut, quem, admodum in Equitibus feci, hic quoque stemmatis auxilio meam de varia singulorum codicum inter se coniunctionis ratione complectar sententiam:




[1]) Saepius iam observatum est antiquissimam quamque editionem velut Aristotelis, ex infimae aetatis codicibus expressam esse.

De codicibus adhuc diximus; nunc iam quid inde utilitatis percipiamus ad poetae verba constituenda exponamus. Ac primum statim apparet quoniam *RV*, quod ad Nubes attinet, ex uno eodemque archetypo descriptos esse supra demonstravi, eas tantum communis fontis genuinas lectiones habendas esse, quas Veneti Ravennatisque consensus testatur.

Pari autem necessitate inde consequens erit, eas scripturas, quae non nisi in *R* exhibentur, esse reiectaneas, quantumvis fortasse interpretandi artificiis vel ambagibus possint defendi. Item Veneti solius auctoritas contemnenda est. Iustam igitur in reprehensionem incurrunt ei, qui Ravennatis antiquitatem et praestantiam adeo admirantur, ut obcaccati et stupore oppressi eius etiam manifestissima vitia tamquam deosculentur atque in sinu voveant. Itaque non probabiliter egit Meinekius, qui versu 886, ubi *R* levissimo errore (cf. *κόρεσσι* v. 699, *κρίνεσσι* v. 911. in eodem *R*) *ἀπέσσομαι* pro *ἀπέσομαι* praebet, hac in corruptela verae lectionis simulacrum delitescere ratus, *ἄπειμι* a poeta datum esse contendit.

[1]) Neque magis laudabimus, quam ad commentum suum firmandum protulit historiam vitii hanc artificiosissimam; genuinam dicit fuisse scripturam: *ἄπειμι*, postea autem interpretandi causa a lectore quodam adiectum esse *ἀπείσομαι* hoc autem deinde in *ἀπέσσομαι* depravatum esse. Atquis hanc argumentandi viam a verisimilitudine valde abhorrere negaverit? Sed talem viri docti errorem satis est verbo significasse. Fusius de eis versibus dicendum est, ubi Veneti et *X* codicum consentientibus scripturis Ravennatis scripturae peculiares eaeque per se tolerabiles oppositae sunt. Quae quamquam iam ob communem illam Ravennatis Venetique originem certo a poeta abiudicandae atque librarii ingenio reddendae sunt, tamen equidem hic alia insuper argumenta malo adferre, quam ad hoc unum provocare. Agmen autem ducere iubeo versum 409, de quo nil nisi hoc moneatur, Suidae quoque testimonio haud spernendo Ravennatis lectionem *ὀπτῶν* pro *ὤπτων* condemnari.

---

[1]) Idem Bentleio, Thesmophoriazusarum versu 279 conlato, olim in mentem venit.

Non bene deinde ei mihi videntur poetae textui consulere, qui v. 495. Ravennatem secuti ἔπειτ' pro κἄπειτ' invehunt; nam saepius hoc κ', quod ex καὶ per crasin oritur, librariorum neglegentia omittitur (velut nub. v. 390. in Ambrosiano ἔπειτ' pro κἄπειτ', ran. v. 129 in *R* εἶτα pro κᾆτα, Acharn. v. 116 in omnibus praeter *R* libris οὐκ pro κοὐκ, Acharn. v. 526 apud Athenaeum εἶθ' pro κᾆθ'); additum autem illud esse sola licentia, nullo quod sciam exemplo confirmari potest.

Pervenimus iam ad Ravennatis scripturam, quae est versu 650 ἐπαΐοντ' (pro εἶτ' ἐπαΐειν), cuius ab Hermanno defensio non sine specie sane suscepta est. „Scripsi, inquit, cum Bekkero ἐπαΐονθ' hac potissimum motus ratione, quod ea Atticis usitata mensura est. Corripiunt primam Attici in eis metris, quae ad heroici versus exemplum sunt formata." Rectissime profecto id de tragicis observatum est. Aristophanem vero, quippe qui longe a tragoediarum usu recedat potuisse saltem inter quattuor huius verbi exempla (cf. vesp. v. 715) semel a vocalem corripere, vix potest negari. Sic Hermanniani argumenti severitate ex parte quidem mitigata, iam nos ipsi Ravennatem, quantum possumus, adgrediamur. Quid ergo? Is codex, qui scholiastae interpretationem hanc praebet, ἐπαΐειν αἰσθάνεσθαι καὶ νοεῖν, nonne ipse quasi contra se testimonium dicit? Deinde etiam sententiarum conexus et perspicuitas apertissime a nostra parte stat. Quod quidem post πρῶτον μὲν exspectatur ἔπειτα vel similis particula, hoc levidense duco. Sed quinam, quaeso, tu totum, quale ex *R* vulgatur, enuntiatum interpretaris: εἶναι κομψὸν ἐν ξυν ουσίᾳ ἐπαΐονθ', ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν κατ' ἐνόπλιον χὠποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον. Quid? Num tu quem eleganter se in usu hominum gesturum esse censes, quia varia numerorum genera pernoverit? Vides diversas duas [1]) vocabuli „ῥυθμὸς" significationes sic in unum confundi totumque sensum turbari. Ex his rationibus inter se coniunctis nullus dubito verba: εἶτ' ἐπ-

[1]) Etiam nos vocem „tact" duplici hac notione ponere solemus.

*αΐειν* a vocalis correptione concessa poetae reddere. Huic si sententiae adstipularis, omnia sunt plana et perspicua.

Nunc de versu 887, ubi *R* *τοῦτο νῦν*, ceteri *τοῦτ γ' οὖν* (nil enim refert *δ' οὖν* in *ΔΘ* ex solemni peccandi more scriptum esse) obferunt sententiam meam verbo iuvat significare. Pollicitus enim erat Socrates Strepsiadis filium duo se edocturum esse (*τὸν κρείττονα καὶ τὸν ἥττονα λόγον*). Contra Strepsiades, qui iam versu 885 unum saltem illud (*τὸ γοῦν ἄδικον πάσῃ τέχνῃ*) sibi poposcerat abeuntnm Socratem iterum monet ne obliviscatur, quem ad modum filius omni iustitiae repugnare discat. Multo magis igitur *γ' οὖν* accidet quod uni cuique, cui librorum auctoritate neglecta libera optio data sit, quovis pignore contenderim probari.

Nihil autem versu 1073 ex ratione ipsa argumenti repetere licebit, ubi nil interest utrum *καχασμῶν* cum *R*, an cum *VX* *κιχλισμῶν* in textum recipiamus. Unum, opinor, certissimum est totas hac turbas inde natas esse, quod olim alterutum interpretandi gratia superscriptum est. Attamen aliunde accedit aliquod momentum valde accommodatum ad hanc controversiam dirimendam, dico scholiastae ad hunc versum adnotationem, quae in Ravennate quoque sic exhibetur: *κιχλισμῶν*] *κιχλισμῶν δὲ ἀντὶ τοῦ γελώτων ἀδιαφόρων.*

Similiter versu 1005 Suidae testimonio usus iam per Veneti et *X* codicum scripturam *καταθρέξει* (quod autem pervulgato errore *καταθρέξεις* in his legitur, id nemo ad totam lectionem reffellendam adferet) multo proprius quam Ravennatis *ἀποθρέξει* ad veritatem accedere satis confidenter affirmarim.

Nostro tam iure v. 1233 Veneti et *X* librorum lectionem, cuius ex Ravennatis quasi imperio fere intermortua est memoria, ex oblivione suscitabimus. Primus Hermannus in altera editione bipartita argumentandi ratione *VX* libros adortus est: „Cum tota, inquit, illa sententia iners sit atque inutilis cumpue liber Ravennas verba ista *ἵν' ἂν κελεύσω 'γώσε* omittat, posui monometrum.“

Sed inani argumento, quod posteriore loco adfert, nititur. Nam isti codici, qui tam negligenter exaratus est, ut non mo-

do singula verba (cf. v. 300, 377, 420, 780, 860, 1203, 1401), sed etiam toti versus exciderint, tantam quantam Hermannus vult, fidem haberi non aequum est Alterum vero accedit. Est enim mehercule luce clarius unde huius praetermissionis causa repetenda sit: aberravit oculus a vocabulo *τοὺς* praecedentis versus ad illud *τοὺς*, quod est in sequenti versu. Non parvi deinde momenti est Veneti scholion: *ἵν' ἂν*] *ἀντὶ τοῦ ὅπου ἂν σε κελεύσω ἐγώ.* Contra si quis metrici scholiastae ad versum 1216 adnotationem, a Ravennate et Veneto omissam, *οἱ δὲ στίχοι ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι μέ*, unde Hermanni in priore editione iudicium pendebat, nullius pretii esse censebit, equidem non resistam. Çonstat igitur argumentis haud ambiguis iam in omnium nostrorum codicum archetypo verba ista in *R* elapsa, scripta fuisse oportere.

Qua propter cardo totius quaestionis non iam in eo vertitur, ut ex duabus scripturis ea quae videtur aptior, eligatur, sed ut examinetur, sintne re vera voces illae *ἵν' ἂν κελεύσω 'γώσε* intolerabiles. Ouem ad finem sententiarum conexus inspiciendus est. Pasias, cui Strepsiades pecuniam aliquam debuit, variis rationibus illum, ut redderet, commovere studuit. Cum autem is ne iure iurando quidem se obstrictum iam esse dicat, Pasias certis verbis ex eo quaerit:

*νῦν δὲ διὰ τοῦτ' ἔξαρνος εἶναι διανοεῖ;*

Sed ad haec quoque is ambigue respondet; illo vero qui nunc iam Strepsiadem ad ius vocaturus est, ut ambagibus omissis diserte infitias eat impellere hunc vult Rursus igitur eum adloquitur:

*καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς, ἵν' ἂν κελεύω 'γώσε;*

Apte enimvero, si quod sentio, ut verbis *ἔπαρνος εἶναι διανοεῖ* respondent *ἐθελήσεις μοι τοὺς θεόυς*, ita *νῦν δὲ*, quamquam magis generaliter continuatur vocibus *ἵν ἂν κελεύσω 'γώσε* (ubicunque te iubebo, inprimis scilicet in iudicio). Nihil igitur est si tu non aurificis statera, sed quadam populari trutina haec verba examinas, cur displiceant. Contra ratio illa Hermanniana ob duas causas mihi non probatnr. Et primum, quonam quaeso, consilio verba ista conglutinata sunt?

Ad quod nam vocabulum interpretandum affixa? Nusquam deinde poeta tam insolitum monometri usum in ipso diverbio inter medios trimetros iambicos sibi indulsit. Etenim summa iniuria Acharnensium versum 406 viri docti in comparationem solent adsciscere, ubi monometer non ipsi diverbio interponitur, sed Euripidis verbis, priusquam is ipse in scenam prodit, quasi praefigitur et paene pro interiectione adhibetur.

De versibus 237, 1208, 1232, qui ipsi quoque ad hanc disputationis partem spectant, nihil habeo, quod utiliter moneam. — Docui, si quid aut in *R* aut in *V* singulare reperiatur, id nequaquam esse recipiendum. Neque quisquam eandem multo magis in *X* codices cedere ratiocinationem negabit. Quamquam ad scholia emendanda vel locupletanda singuli quoque libri audiendi sunt, quoniam fieri potest, et saepissime[1]) factum est, ut librarii alii aliis copiosius ea quae in archetypo adnotata erant, transscriberent.

Sequitur, ut Ravennatis Venetique et *X* codicum archetypa ($\beta$ et $\gamma$ litteris ea supra notavi comparantes utri maior fides concedenda sit diligenter compensemus. Quod tum iuste et religiose instituetur, si earum corruptelarum, quae non nisi in alter utro exemplari insunt, seorsum summam subducemus et conferemus Atque in $\beta$ archetypo ter et tricies peccatum esse video: cf. v. 92, 114, 307, 409, 436, 466, 482, 540, 637, 661, 807, 868, 976, 901, 918, 968, 1001, 1006, 1110, 1169, 1186, 1198, 1231, 1256, 1277, 1298, 1361, 1409, 1421, 1470, 1499, 1510, contra in $\gamma$ novies tantum, cf. v. 550, 692, 707, 737, 975, 995, 1012, 1286, 1470. Quae ex comparatione satis confidenter colligitur librum $\beta$, utpote qui multis et gravibus vitiis adspersus fuerit, minoris pretii esse quam $\gamma$. Quae cum ita sint, ei scilicet a probalitate abscedent, qui Ravennatis Venetique auctoritate, ut vidimus, ancipiti et ambigua imprudenter freti, ex horum librorum mendis etiam levissimis materiem sibi coniectandi quaerant. Non audiendus ergo est

---

[1]) Velut in equitibus $\Theta$ Laurentiamus multa eaque optima nobis reservavit, quae Veneti scriba operae pretium esse non putavit ex archetypo describere.

Kockius, qui v. 960 sanissimam codicum *X* lectionem (*σαυτοῦ*) aspernatus, pro *ἀυτοῦ*, quod in *RV* sine sensu habetur, *ἑαυτοῦ* scripsit.

Alii etiam eiusdam modi loci (v. 968, 1040, 1421) in promptu sunt, quos omnes persequi longae orationis foret.

Praeter haec apertissimae vitiositatis exempla non paucae in utroque anchetypo exstant scripturae, quae primo adspectu eiusdem pretii videntur esse. Atque his in diiudicandis auctoritate codicum neglecta solam rationem sequendam esse nostro iure poscemus. Etiam hoc in genere editores subinde errore se irretiri passi sunt.

Velut versu 1168, ubi vulgo non eleganti metro *ἄπιθι σὺ λαβών*, nullo metro in *R*V *ἄπιθι λαβών τὸν υἱόν σου* scriptum est. Primus Dindorfius *σου* pronomine abiecto verba quae sunt *ἄπιθι λαβὼν τὸν υἱόν* textui Aristophanis vindicavit, prorsus illud *τὸν υἱὸν* ad sententiae integritatem necessarium esse ratus. Equidem quamquam in Pluti versu (1079):
*νῦν δ᾽ ἄπιθε χαίρων συλλαβὼν τὴν μείρακα.* voces *τὴν μείρακα* nullo modo deesse posse libenter concedo, tamen hoc loco, cui Socratis verba antecedunt:

*ὦ τέκνον, ὦ παῖ, ἔξελθ᾽ οἴκων*
*ἄϊε σοῦ πατρός*
*ὅδ᾽ ἐκεῖνος ἀνήρ,*

facillime *τὸν υἱόν σου* cogitatione suppleri posse contenderim. Quod si ita est, nemo multo verisimilius esse negabit ortum esse *τὸν υἱόν σου* in *β* ex glossemate, ut v. 923. *δύστροπος*, quam excidisse in *γ*. Insidentem autem verbis *ἄπιθι σὺλαβών* labeculam sic lenissima manu abstergebimus, ut *συλλαβών* scribamus,

Ambigi deinde potest, utrum versu 1116 *ἡμεῖς* cum *β*, an *ὑμῖν* cum *γ* legendum sit. Iam Hermannus, cui *ἡμεῖς* magis placebat, observationem non ineptam addidit: „saepius eo pronomine (*ἡμεῖς*) praeter necessitatem uti chorum, cum spectatores adloquitur, ut v. 607. Thesm. 785. 830.“ Accedunt ex Aristophane etiam Thesm. v. 947, vesp. v. 861, 1516. Omnibus autem in his exemplis ita pronomen adhibitum esse cernimus, ut nihil, quod ad sententiam desiderabatur, prae-

termitteretur. Necessarium vero est vel saltem exspectatur, eam personam, ad quam chorus se convertit, postquam antea cum aliis locutus est, diserte significari. Et semper profecto apud Aristophanem chorus, cum in parabasi se ad spectatores vertat, certis verbis eos adloquitur. cf. nub. v. 518. 575. Equ. v 507. Ach. v. 629. vesp. v. 1015. pax v. 732. av. v. 754. ran. v. 686. Thesm. v. 947. Lys. v. 614. Atque etiam locum, de quo agitur, parabasis speciem habere scholiasta ad v. 1113 testatur: *κἀνταῦθα παράβασίς ἐστιν· ἔχει δὲ οὐ πάντα τὰ μέρη τῆς παραβάσεως κτα.* Itaque mihi quidem parum credibile videtur poetam, cui inter utramque vocem (*ἡμεῖς* et *ὑμῖν*) libera optio data erat, eam sibi elegisse, quae languida hoc loco est et inutilis.

Restant vero, quod dolendum est, satis multa praeterea exempla cf. 263. 355. 436. 437. 451. 901. 1208. 1299, ubi cum neque *β* codicis neque *γ* lectio ullum scrupulum iniciat, semper dubitatio restabit.

Sed iam ad finem disputationis pervenimus; assecutum esse me aliquid existimabo, si pervulgatas istas de praestantia cum Ambrosiani tum Ravennatis opiniones radicitus evellero.

---

# VITA.

Rudolphus Schnee natus sum Wittenbergii d. III. Jan. m. a. h. s. LIII. patre Rudolpho matre Ludowica e gente Hageniana. fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis disciplina privata imbutus, duodecim annos natus gymnasium Olsneense adii et per septem annos frequentavi. Unde a. LXXII maturitatis testimonium adeptus cum Vratislaviam me contulissem, scholis interfui vv. cll. Herzi, Reifferscheidi, Roeppelli, Rossbachi, Schulzi, Stenzleri. ubi postquam ter VI menses degi, Berolinum transmigravi et per sexies VI menses scholas adii vv. cll. Bonitzi, Curti, Droyseni, Haupti, Huebneri, Kiperti, Kirchhoffi, Lazari, Mommseni, Muellenhoffi, Steinthali, Vahleni, Zelleri. In seminario philologico Kirchhoffi Vahleni doctrina per quater VI menses fructus sum. Praeterea Bonitzus ad Aristotelicas, Curtius ad archaeologicas, Huebnerus ad philologicas, Mommsenus ad Romanas, Muellenhoffus ad Theodiscas, Zellerus ad philosophicas exercitationes aditum mihi benigne permiserunt. Quibus praeceptoribus omnibus gratius ago quam maximas.

Scripsi Berolini id. oct. a. h. s. LXXVI.

# THESES.

I.

Ad Thucydidis textum recensendum Vaticanum (B) et Laurentianum (C) non satis esse puto.

II.

Anaeae Tactici folia olim (ante Julium Romanum) deturbata esse singulaque capita sic ordinanda csse existimo: cap 1—5, 28—31, 17, 6—7. 18—27, 8—16, 32—40,

III.

Plautus, Men. 286: peniculum mecum scribendum est.

IV.

Poen. 477: ibi ilico a Plauto datum esse verisimile est.

V.

Mercat. 149: rectissime ex B codice versus legitur: cédo mihi tuam dextram: agedum Acanthio. Ac: En, dabitur: tene.

VI.

Mercat. 155: ex scisset, quod in B codice habetur, scis sei eruendum est.

VII.

Pseud 171: dicere paene oblitus fui, poetam dedisse probabile est.

VIII.

Bach. 833: Forem pauxillum hanc, genuinam scripturam esse censeo.